1685. 1·30 No 2A

Ger 6902.1 (2)

HARVARD COLLEGE
LIBRARY

VE RI TAS

From the Library of
SIDNEY B. FAY, '96
The Gift of his children

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Historisch-diplomatische Beiträge

zur

Geschichte der Stadt Berlin.

Zweiter Theil.

Berlinische Urkunden

von

1261 bis 1550.

Herausgegeben

von

E. Fidicin,
Registrator der Stadtverordneten-Versammlung in Berlin.

Mit 3 Kupfertafeln.

Berlin, 1837.

Bei A. W. Hayn.

Digitized by Google

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY
DEC 12 1969

Digitized by Google

Vorrede.

Die vorliegende Sammlung berlinischer Urkunden beginnt mit dem ältesten bekannten Verleihungsbriefe vom Jahre 1261, und reicht bis zum Jahre 1550. Obgleich dem Herausgeber ein reiches Material für die neuere Geschichte Berlin's zu Gebote steht, so hat derselbe doch Anstand nehmen müssen, für jetzt weiter vorzugehen, weil darunter sich Urkunden befinden, welche nur als Bruchstücke größerer Verhandlungen betrachtet und noch mit andern, zum Theil noch ungeordneten und daher unzugänglichen Akten, verglichen und nöthigenfalls aus diesen ergänzt werden müssen. Aber sämmtliche Urkunden, welche sich für die ältere Geschichte Berlin's, bis zu dem wichtigen Abschnitte der Kirchen-Reformation, dem Herausgeber darboten, hat derselbe gewissenhaft gesammelt, und glaubt damit nicht länger zurückhalten zu dürfen.

Die meisten der in diesem Theile enthaltenen Urkunden sind noch ungedruckt, und von den bereits gedruckten sind nur diejenigen hier wieder aufgenommen worden, welche bei der Vergleichung mit den Originalien, als unvollständig oder incorrect erschienen, oder in bereits selten gewordenen Werken enthalten und daher nicht leicht einzusehen sind. Zu den Letztern dürften zu zählen sein:

Eilfertige und wohlmeynende Gedancken über den brennenden Petri-Thurm von Daniel Schönemann, Predigern zu St. Georgen. Berlin 1730.

Digitized by Google

Daniel Finck's, Rectors des Lycei zu Brandenburg, Schul-Programme, mit einer Nachricht von denen merkwürdigsten Alterthümern und Urkunden der Chur- und Hauptstadt Brandenburg. 1749. 1750.

M. S. Gerlach's, Rectors des Lycei zu Potsdam, Programme u. fortgesetzte Nachrichten über Potsdam 1756.

Der Königl. Residentz Berlin schneller Wachsthum und Erbauung; in zweien Abhandlungen erwiesen, von Johann Peter Süßmilch, Königl Preuß. Ob. Consist. Rathe, Probste in Cölln ꝛc. Berlin 1752.

A. B. Michaelis diplomatische Stiftshistorie von Lebus. Göttingen 1756.

Urkunden, von denen die Originalien sich nicht vorgefunden haben, sind nach den besten Abschriften gedruckt, überall aber sind die Quellen genau angegeben worden.

Da es auch von Interesse sein dürfte eine Uebersicht von den berlinischen Stadtsiegeln zu erhalten, so sind, nach den besten vorhandenen Abdrücken und Abbildungen, Zeichnungen derselben, mit erläuternden Notizen, diesem Theile beigefügt worden. Ein Register sämmtlicher Urkunden dieser Sammlung beizugeben, erscheint dagegen entbehrlich, weil dieselben streng chronologisch geordnet und rubricirt sind, und der folgende Theil übersichtliche Regesten sämmtlicher bekannten berlinischen Urkunden enthalten wird.

Digitized by Google

I.

21. November 1261.

Markgraf Otto übereignet der Stadt Cöln die bei derselben belegene Heide.

In Nomine Sanctae et individuae Trinitatis. Nos *Otto* Dei Gratia Brandenburgensis Marchio omnibus in perpetuum. Mutabilium temporum successio actiones hominum frequenter deduceret in irritum et inane, si non a voce testium vel scripti Memoriae reciperent firmamentum. Notum igitur facimus universis tam praesentibus quam praesentium successoribus, quod deliberatione provida et discreta cum consensu filiorum nostrorum Civitati nostrae Coloniensi apud Aulam Berlin Miricam quam olim Dominus *Rudolphus* miles *de Ystralowe* possederat annis pluribus pacifice et quiete, cum omni iure et utilitate, quomodo ipse habuit, Syluis, pascuis, Banderiis et aliis attinentiis iure haereditario contulimus perpetuo possidendam. Testes huius sunt Dominus *Lodewick de Kerckowe*, Dominus *Arnoldus de Bredow*, Dominus *Heinric de Grobene*, Dominus *Rudolphus de Ystralowe*, Dominus *Henrich Trude*, Advocatus in Spandow, et alii quam plures. Acta sunt haec in Spandowe Anno Domini 1261. Et ne nostra donatio bona deliberave facta possit ab aliquibus in posterum caluminiose infringi praesentes nostras literas supra dictae civitati Coloniensi Sigilli nostri munimine roboratas in evidens testimonium et robur validum duximus erogandas. Datum per *Johannem* nostrum Notar. XI. Kalend. Decembr.

Aus der Süßmilchschen Urkundensammlung abgedruckt in Süßmilch's schnellem Wachsthum Berlin's S. 71.

Gegen die Richtigkeit der Lesart dieser Urkunde hat schon Nicolai in s. Beschr. Berlin's I. 386. Bedenken geäußert. —

Digitized by Google

Wenn aber das Factische derselben als richtig betrachtet werden darf, so bestand die darin gedachte Mirica in demjenigen Terrain, welches sich der ältern Besitzung Cöln's anschloß, und sich bis zum Landwehrgraben, in dessen ganzer Länge von der Oberzur Unterspree ausdehnte; denn dieser umfaßte noch 1435, als Berlin und Cöln vom Johanniterorden dessen unmittelbar dahinter belegen gewesene Besitzungen erkauften, das gesammte cölnsche Stadtgebiet.

II.

22. März 1280.

Der Rath zu Berlin bestätigt die Gewerks-Privilegien und Statuten der Kürschner daselbst.

Nos *Thomas de Struceberhe*, *Heiso Institor*, *Theodoricus Cultellifex*, *Heinricus Mercator*, *Ludolfus Blawe*, *Johannes de Prettin* ceterique consules ciuitatis Berlin apud Coloniam omnibus hanc literam inspecturis Salutem. Cum mobilitas temporis quietis nescia successive labatur et ea que sunt in tempore facilius evanescant cum tempore, Expedit ut ea que existunt sempiterna confirmacione digna solidius in scripturam redigantur. Notum igitur sit omnibus hunc tenorem inspecturis, quod nos consules civitatis Berlin, videlicet *Thomas de Struceberch*, *Heiso Institor*, *Th. Cultellifex*, *H. Mercator*, *L. Blawe*, *Jo. de Prettin* ceterique eiusdem ciuitatis consules ex communi consilio, ac sagaci deliberacione ad nostre ciuitatis promocionem statuimus hos articulos infra scriptos: Primo, ne ullus aduena opus pelliparium stans in foro vendere presumat nisi communi magistrorum opere preacquisito. Secundo, ne ullus emat uellera pellifex alienus. Tercio, quod nullus ponat dolium rosiue quod *beth* est interpretatum. Quarto, si aliquis alienigena habens filios quamquam parvulos vel adultos acquirens opus nostre ciuitatis pelliparium tum vitam finiendo debitum humane nature persolverit, filii eiusdem si arti pelliparie insudare voluerint patris assequentes uestigia uolentes magistrorum perfrui libertatis, opus nostre ciuitatis acquirere tenebuntur pro hac summa, videlicet ciuitati tres solidos ac magistris operis tres solidos et vnum talentum cere ex integro per-

Digitized by Google

soluentes. Quinto nichilominus adiungentes si aliquis pellifex filios habuerit in nostra ciuitate progenitos, si filii eiusdem opus acquirere voluerint, in XVIII denariis ciuitati et totidem magistris operis dimidio talento cere apposito sufficere protestamur. Si quis vero ex temeritate rebellancium prelibatum statutum irritare voluerit, quod absit, totam concionem ciuitatis berlinensis magistris operis artis pelliparie statuimus suffragari ad emendam. Ne igitur huiusmodi ordinacio a posteritatibus reputetur friuola et inanis verum magis matura consulum deliberacione conflata, ordinacionem prescriptam non solum modernorum simul ac seniorum consulum testimonio *Tho. de Struceberch*, *H. Institoris*, *Th. Cultellificis*, *H. Mercatoris*, *L. Blawe*, *Jo. de Prettin* necnon nostre ciuitatis munimine sigilli in necessarium duximus fiducialiter approbandam. Datum et actum Berlin Anno domini M° CC° octogesimo, XI° Kalendas Aprilis.

Rathhäusl. Archiv I. 1. Perg. mit dem ziemlich wohlerhaltenen großen berlinschen Stadtsiegel. Die Abdrücke in v. Ludwig's Rel. XI. 632. u. in Küster's A. u. N. Berlin IV. 251. sind abweichend und incorrect.

III.

2. Juni 1284.

Innungsbrief für die Schuhmacher zu Berlin.

Nos *Nycolaus de Lecen*, *Johannes de Blankenfelte*, *Nycolaus de Botsow*, Consules Berlinenses, Omnibus in perpetuum. Quoniam acta priorum posteri retinent difficulter, vtili cautela procuratum est et necesse ut ea, que coram nobis aguntur in scripta perpetua rediguntur. Ideoque per scripta presencia ad multorum noticiam peruenire uolentes, quod matura deliberacione et consilio concordauimus cum hiis, qui pertinent ad opus sutorum et magistris eorum, ita uidelicet, quod id quod dicitur *Ingynge* habeant ex gracia ciuitatis et quicumque prelibatum opus volens acquirere non acquirat nisi prius ex gracia et consilio consulum, Ita quod consules super opus illud sint in plenitudine protestatis.

Digitized by Google

Item nos consules uolumus ad cunctorum eciam noticiam peruenire, qualiter ipsorum opus stari debeat casibus hÿs subdistinctis. Primo uidelicet protestantes, quicumque predictorum sutorum opus acquisierit, quod III sol. denar. ad ciuitatem pertineant et ad opus et eorum magistros VI sol. minus IV den. cum II talentis cere. Item statuimus, quod predicti sutores nullam habeant, quod dicitur in wlgo *morghenspracke*, nisi duobus de consilio consulum presentibus, et duobus de sutoribus, qui iurati ad opus eorundem, protestantes omnia que asseruerint possibilia vtilia esse et honesta, ita quoque plectentur ista inter illos. Item quicumque excesserit de aliquo falso opere, ita quod indirecte fecerit calcios, vel qualicumque causa inpossibili uideatur, que ad vsus eorundem et civitatis videbitur esse proficua, si per illam quis excesserit, secundum arbitrium ciuitatis et consulum est plectendus, et id statutum est, quod predicti magistri sutorum tales prodant. Item si quis aduena aliunde veniens uel incola, volens ipsorum opus acquirere, si predicti magistri aliquatenus causa odii, uel aliis aliquibus eosdem volentes in acquirendo impedire, si sint probi et honesti, eisdem consules porrigant, absque eorundem consensu de consilio ciuitatis. Item predicti sutores, scilicet ipsorum magistri, custodiant et illud iurati cautela ad hec adhibita, ne emcio boni, quod dicitur *leder*, prohibeatur inter illos ad calcios faciendos. Vt igitur hec nostre concessionis donacio rata et impermutabilis perseueret, presentem paginam conscribi iussimus et nostri sigilli appensione eadem roborari. Huius rei testes sunt: dominus *Ny.* advocatus dictus *de Helmstorp* et dominus *Rutnikus* milites et quidam de consulibus veteribus *Th. Cult.* et *Iu. de Lecen*, et prefectus *de Baruth*, et alii quamplures de sociis eorundem. Acta sunt hec anno domini M° C° C° LXXXIIII° VI° Nonas Junii.

Rathhäusl. Arch. I. 2. Perg. ohne Siegel. — Die Abdrücke in v. Ludwig Rel. XI. seq. u. in Küster's A. u. N. Berlin IV. 227. sind fehlerhaft.

Digitized by Google

IV.

10. April 1288.

Der Rath zu Berlin ertheilt den dortigen Schneidern einen Gildebrief.

Cum mors impetus sui non sedabit rabiem, donec omnia detrahat in ruinam, utili cautela procuratum est necessarieque compertum, vt super quibuslibet actis scripta conficiantur authentica, quibus, dum oportunum fuerit, ueritas certissime comprobetur et dubietatis questio penitus dissoluatur: Ex harum igitur inspectione literarum nos, *Nicol. de Lyzen*, *Johannes de Blankenuelde*, *Conradus* quondam prefectus in Baruth, *Conradus de Belix*, Consules Ciuitatis Berlyn, cum vniversitate loci eiusdem, volumus in manifestam et publicam noticiam deuenire, quod nostris dilectis nobis sartoribus prope nos in nostra ciuitate Berlyn morantibus, qui a nobis suam tenent iusticiam, damus libertatem astandi eo iure et perfruendi, quo sartores ciuitatis Brandenborg a primeua eiusdem ciuitatis constructione perfruerunt. Volumus eciam vt quicumque ipsorum opus acquisierit, pro ipso acquirendo dabit IIII^{or} sol. denariorum et II. talenta cere, de quo percipit ciuitas nostra II. sol. denariorum et domus sancti spiritus dimidium talentum cere et domus leprosorum dimidium talentum. Reliqui II. solidi et vnum talentum cere in vsus sartorum diuertuntur. Presertim volumus quod nullus deferat tunicas frustatas seu capucia aut coltas uel iopas in foro rerum venalium venales preter nundinas quod interpretatur forum annuale. Preterea volumus: quicumque aliunde veniens acquisierit opus sartorum, pueri sui non habent participium cum eodem; sed pueri postea nati videlicet puella dimidiam partem operis, seruus vero totum opus, sicut pater, possidebit. Volumus eciam, quod nullus sarcire debeat, nisi primo acquisierit id quod dicitur *burscaph*. Et fraternitatem sartorum volumus eciam sub modo districto obseruari. Si quis furando uel falsificando excesserit, eiciendus erit a gulda; ita quod amplius eidem nunquam detur facultas ipsum opus exercendi. Vt igitur hec nostre donacionis concessio rata persecuret,

Digitized by Google

Presentes litteras nostri sigilli appensione firmatas, eisdem duximus concedendas. Datum per manus nostri notarii *Johanis de Barboie.* Actum anno domini M° CC° LXXXVIII° IIII° Idus Aprilis.

Rathhäusl. Arch. I. 3a. Perg.; das Siegel ist nicht mehr an der Urkunde. — Die Abdrücke in v. Ludwig's Rel. XI. 636. und in Küster's A. u. N. Berlin IV. 263. sind unrichtig.

V.

24. Mai 1288.

Markgraf Otto bestimmt die Gränzen zwischen der Stadt Berlin und dem Dorfe Rosenfelde (jetzt Friedrichsfelde).

Nos *Otto* Dei gratia Brandenburgensis Marchio presentis scripti pagina notum fieri cupimus vniuersis tam presentibus quam futuris, Quod mediantibus nostris viris, distinctionem Limitum, que uulgariter *eine Marksceidt* nuncupatur, ad nostram civitatem Berlin spectantem et pertinentem, sic acquitari fecimus et distingui, Quod videlicet a distinctione Agrorum Ville Lichtemberge, que communiter *ein Markscheidte* appellatur, et a uia Rosenfelde, ubi apparet quedam eminentia usque ad cultam terram, et ab hac terra culta usque super aggerem qui appellatur *Stralowisge Dhamm* et nihilominus ab hoc aggere usque ad aquam que *Rhorlacke* nominatur, sicut eminentiis est signatum, ad civitatem nostram Berlin pertinet simpliciter et absolute. Et iste destinctiones hoc modo limitate seu signate sunt iusti limites Ciuitatis nostre Berlin et ad ipsam dinoscuntur tanquam fines et termini pertinere. In cuius rei testimonium presens scriptum fieri et sigillo nostro iussimus communiri, testibus et personis subnotatis, qui distinctionem uel terminos huiusmodi signauerunt Domino *Hermanno de Carpzow*, Domino *Alberto de Ouerlinge*, Domino *Rutningo*, Domino *Nicolao*, aduocato nostro in Spandow, militibus *Conrado de Baruth*, *Nicolao de Butzow*, *Mosecow*, *Henrico Herewici*, *Zabello de Lapidea domo*, Domino *Jacobo de Lesne*, *Conrado de Sconenhusen* et aliis quam pluribus testimonio fidei decoratis. Datum Berlin Anno domini Mille-

Digitized by Google

simo ducentesimo octogesimo octauo sequenti die post festum Scte. Trinitatis.

Aus dem ältern cölnschen Copialbuche S. 215.

VI.

29. Mai 1289.

Statut des Raths zu Berlin für die Wollenweber daselbst.

Quoniam acta priorum posteri retinent difficulter vtili cautela procuratum est et necesse conpertum, vt super quibuslibet actis Scripta confirmentur autentica, quibus dum oportunum fuerit, veritas conprobetur Et dubietatis questio penitus dissoluatur; Ex harum igitur inspectione literarum nos *Jacobus de Lyzen, Zabellus de Stenhusen. Denekinus de Belgheren, Johannes Buch*, Consules Ciuitalis Berlyn, cum vniuersitate loci eiusdem professionis volumus esse notum: Quod nostris dilectis, per quos pannus solet operari, videlicet Textoribus, damus libertatem, in pignorandi vadimonio sex denariorum ipsorum socios, qui ad ipsos citati legitime contempserint peruenire. Presertim prohibemus, ne aliquis ipsos magistros in aliquo presumat molestari. In huius rei testimonium ipsis literam vnam inde confectam sigilli nostri appensione duximus concedendam. Datum in ea est anno domini M° CC° LXXX° IX° in pentecostes festo, per manus *Johannis de Barbey* tunc notarii.

Copia vero rescripti huius data est feria V^ta^ ipso die santi Bartholomei apostoli, anno domini M° CCC° XII°.

Rathhäusl. Arch. I. 3b. Pergament; das Siegel ist abgefallen. Der Abdruck in Küster's A. u. N. Berlin IV. 282. ist fehlerhaft.

VII.

28. Oktober 1295.

Innungsbrief für die Wollenweber zu Berlin.

Consules ciuitatis Berlyn omnibus presentem paginam inspecturis Salutem et paratam ad queuis beneplacita voluntatem. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos, cum communi consilio ciuitatis nostre,

Digitized by Google

ad vtilitatem et profectum tocius officii et operis, quod opus textrinum appellatur, ordinauimus de pannis faciendis: Quod omnes panni vnius coloris existentes debent esse dorsati. Insuper ista decreuimus, quod nulli panni colorati debent fieri de filis. Insuper statuimus quod si aliquis seruus habens uxorem et pueros poterit pannum ad vsum vestimentorum suorum facere, dummodo non venundetur. Insuper statuimus, quod omne genus filaminis quod semel intinctum est in cupa, quod post hec ad caldarium non debeat deportari, excepto filamine stripatico. Insuper qui cum duobus instrumentis fraternitatem acquisiuit, quod cum pluribus non debeat operari. Preterea statuimus quod nullus aliis extra fraternitatem videlicet monialibus aut aliunde venientibus sua instrumenta concedat. Item quod nullus burgensis pannos amici sui aliunde venientis venundare presumat. Preterea si locus vacuus fuerit inuentus, ipsum personaliter licenciamus ad vendendum. Hoc autem principaliter precipimus obseruari, ne quisquam de fraternitate plures octo pannis theatrum presumat importare. Item prohibemus, ne aliquis erga Judeos fila sibi audeat comparare. Item prohibemus, quod nulla lana in cupa fieri debeat que vocatur *blecwlle*. Item prohibemus quod ullus pannos vel frusta panni faciat sine licencia magistrorum. Quicumque in istis prohibitis et statutis reus uel rebellis inuentus fuerit punietur in sex solidis nummorum; quorum medietas cedet confraternitati. Habens filium, qui desideraret vel peteret confraternitatem, habebit eam pro medietate pecunie, pro qua acquiri solet secundum consulum instituta. Item statuimus et instantissime prohibemus; quod ullus pannos faciat de aliqua falsitate lane uel *flocken*. Quicumque in huiusmodi maleficio falsitatis comprehensus fuerit et convictus a viris ydoneis et probatis seu sub testimonio veritatis, carebit confraternitate operis anno vno, et tota falsitas lane et panni cum *flocken* igni ardentissimo concremetur. Confraternitatem in illo anno reacquirere bone poterit de consensu consulum et fauore. Ut vero hec acta et instituta a nullis successoribus infrigantur, sed immutabiliter siue inuiolabiliter obseruentur, paginam presentem sigillo nostre ciuitatis ac ciuium vniuersorum duximus roborandam.

Digitized by Google

Datum in ea est anno domini MCC° XCV° in die beatorum apostolorum Symonis et Jude.

Copia vero huius ad rescriptum habita est feria V. die Beati Bartolomei apostoli, anno domini M° CCC° XII° per manus *Wedegonis* cartularii.

Rathhäusl. Archiv I. 4. Pergament; ein Siegel ist nicht an der Urkunde. — Der Abdruck in Küster's A. u. N. Berlin IV. 279. ist unrichtig.

VIII.

1300 (?).

Die Kalandsbrüderschaft in Teltow tritt dem Bischof zu Brandenburg das Patronatsrecht und die Einkünfte eines ihr zugehörigen Altars in der Marienkirche zu Berlin ab.

Arnoldus de Wilmersdorp, decanus, *Jacobus de Cziten*, camerarius, Necnon fratres kalendarum in Teltow, Branden. Dyocesis, Vniuersis et singulis tam presentibus quam futuris hanc literam inspecturis seu audituris Cupimus fore notum, Quod cum per pestilencias, gwerras, incendia, spolia et hostium incursus possessiones et alia bona ad mensam Religiosorum virorum prepositi et capituli ecclesie Brandenburgensis spectantes et spectancia suis redditibus ceterisque prouentibus nimium sunt extenuata, prout eciam incessanter veraciter extenuantur, quod ipsi prepositus et canonici eiusdem ecclesie Brand. nequeant ibidem in necessariis prouideri et alias absque penuria sustentari in diuinum cultum in ipsa ecclesia non modicum detrimentum. Ne igitur in necessariis diuinus cultus ibidem prolabatur sed uberius et salubrius seruetur et peragatur, decet rerum ad diuinum cultum spectancium ita curam gerere, vt earum vtilitas persistat et status ipsarum conseruetur habitis super hiis inter nos et cum nonnullis quorum inter est vel poterat quodlibet inter esse tractatibus sollempnibus et communibus ac deliberacione diligenti dictorum prepositi et canonicorum necessitate notoria exigente, ad honorem beatorum Petri et Pauli apostolorum dicte Brandenburgens. ecclesie patronorum et ad diuinum cultum in dicta ecclesia Brandenb. seruandum et augendum et vt nos, nostri predecessores atque successores missarum, vigi-

Digitized by Google

liarum, diuinorum offertorum, oracionum et aliorum bonorum operum in eadem ecclesia per canonicos inibi degentes peragendorum participes efficiamur, ius patronatus altaris siti in ecclesia parochiali beate Marie virginis in Berlin dicte Brandenb. dyocesis in honore beati Nicolai episcopi et confessoris consecrati, quod ad nos dinoscitur pertinere et ipsum altare cum omnibus suis fructibus, redditibus, prouentibus, vtilitatibus, iuribus et pertinenciis, singulis et vniuersis, vniformiter concedimus donacione sollempni, vt conuersum in nobis est, transferimus irreuocabiliter literas per presentes ad mensam dictorum prepositi, canonicorum et capituli in eorum augmentum alimentorum et necessariorum perpetuis temporibus deinceps pleno iure spectantem habendum et in vsus ipsorum et ipsius mense prout eis visum fuerit expedire conuertendum, Dantes et concedentes plenam nostram reuerendis in christo patribus et dominis nostris episcopis Brandenb. ecclesie cum pro tempore fuerint quod predictum altare cum omnibus et singulis premissis vnire et annectere dictis preposito, canonicis, capitulo et mense possint et valeant Itaque, quod ipsius altaris nunc rectori ad eius vitam nullum per hoc preiudicium generetur; Ipso vero rectore defuncto per vnum de fratribus nostris kalendarum, per prepositum dicte ecclesie ad hoc pro tempore deputandum, in diuinis deinceps salubriter deseruatur. Renunciantes igitur in presenti litera simpliciter pro nobis et successoribus nostris ex nunc et in perpetuum iuri patronatus ipsius altaris ac omnibus et singulis premissis et que in premissis omnibus et singulis hactenus dinoscimur habuisse et posset competere quomodolibet in futurum, in euidens testimonium omnium et singulorum premissorum sigillum nostrorum *Arnoldi de Wilmersdorp* decani, *Jacobi de Cziten*, camerarii ac fratrum kalendarum in Teltow predictorum presentibus duximus appendendum. Datum in opido Teltow anno domini MCCC.

Dom-Capitels-Archiv zu Brandenburg. Perg.; keine Spur eines Siegels. — Die Urkunde scheint eine alte nicht vollendete Abschrift zu sein. Gerken in seiner Stiftshistorie von Brandenburg S. 135 so wie v. d. Hagen in s. Gesch. der Stadt Teltow S. 35 führen sie unter dem Jahre 1300 an.

Digitized by Google

IX.

25. Januar 1309.

Rath, Schöppen und Gemeinheit zu Damis erklären dem Rathe ꝛc. zu Berlin, daß sie dem Landfrieden der Mark Brandenburg beitreten und bei Verfolgung und Bestrafung der Uebelthäter und Geächteten mitwirken wollen.

Honorandis ac mire prouidencie viris in Berlin necnon in Colonia consulibus et scabinis vniuersitatique ibidem consules et scabini vniuersaque vulgaritas in Damis obsequii promtitudinem sincero cum affectu Tenore presencium vestre prouidencie declaramus publice protestando edictum habitum et progrediens per nobiles et tutores terre per Dominum *Hermannum Barboye* et per Dominum *Bernardum de Plok* per Dominum *Conradum de Redere* pro vnione pacis terrarum nos velle inviolabiliter obseruare, videlicet quicumque maleficum causa spoliorum vel exigentibus meritis dignis vbicumque locorum sub principatu Illustrium principum dominorum de Brandenburg Marchionum vel apud vos proscripti fuerint, apud nos proscriptos habebimus vehementer dummodo nomina proscriptorum in litera proscripcionis sub sigillo aliquarum ciuitatum sub principatu dictorum dominorum vel a vobis reperimus manifesta; ad maiorem autem euidenciam presentes literas appensione nostri sigilli fecimus consignari. Hoc edictum a festo Epiphanie domini erit duracionis omni tempore succedente. Datum Anno domini M° CCC° nono in die conuersionis beati Pauli apostoli.

Königl. Geh. Staats- und Cabinets-Archiv. Perg. Das Siegel ist beschädigt.

X.

24. December 1317.

Der Markgraf Woldemar bestätigt die Stiftung des Altars Exulum in der Petrikirche zu Cöln.

In nomini domine amen. Nos *Woldemarus* dei gracia Brandenburg. et Lusacie Marchio publice recognoscimus

Digitized by Google

in presentibus, volentes eas ad uniuersorum noticiam peruenire, Quod ad honorem dei et ad collaudacionem eius sanctissime genitricis, dedimus et pura voluntate donamus proprietatem Quatuor Mansorum in villa Marckede, et duorum talentorum Brandeburg. denariorum de domo Consulum in Middenwold percipiendorum quos et que dominus *Johannes* et sui fratres et dominus *Bertholdus* et *Petrus* presbyteri, de *Celario* dicti, et *Margaretha* relicta dicta *de Clebeloke*, apud *Echardum de Bardeleue*, vasallum nostrum pro Quadraginta et octo marcis brandeb. argenti comparauerunt, ad fundacionem cuiusdam altaris in parochiali Ecclesia in Colonia supra Sprewam per presentem proprietatis donacionem dotati, ita plane, quod predicti mansi et premissa duo talenta cum omni iure et vtilitate cum precariis et seruitiis quibuslibet perpetuo proprietatis titulo ad predictum altare pertinebunt; renunciantes pure omnibus que nobis in premissis mansis et talentis competunt, aut nobis et nostris heredibus et successoribus competere possent in futuro. Presbyteri eciam dictum altare qui officiantur, in omni missa Marchionum Brandeburg. *Herrmanni* et *Johannis* predecessorum nostrorum, et omnium in dicta ciuitate moriencium in paupertatis exilio, ob quorum specialiter salutarem memoriam ante dictum fundatum est altare et a quo suum traxit nomen deuote memoriam facient specialem. Consules eciam predicte Colon. ciuitatis perpetuo ius patronatus, seu praesentacionis facultatem dicti altaris obtinebunt. Vt autem hec proprietatis donacio perpetuum obtineat vigorem, ipsam confirmamus et confirmatam autorizamus per appensionem nostri sigilli ad hanc cartam. Actum et datum in Spandow Anno Domini M° CCC° decimo septimo in vigilia natiuitatis domini, in presencia nobilum Domini *Comitis de Kevernberge*, *Conradi de Redere*, *Droysekini*, *Matthie de Bredow*, militum, et aliorum fide dignorum.

Königl. Geh. Staats- und Cabinets-Archiv. Das Siegel ist abgefallen. — (S. Reinbeck's Gesch. der Petrikirche 27. und Buchholz Gesch. der Mark Brand. V. U. A. S. 16. Beide Abdrücke sind aber nicht correct.)

Digitized by Google

XI.

2. April 1318.

Markgraf Woldemar verkauft an Walter von Havelland acht Hufen im Dorfe Dolwitz.

Ad geste rei memoriam sempiternam, que per oblivionem ab hominum eliduntur memoria, solent per scripturarum suffragia in lucem, vt ab omnibus videantur presencia reuocari. Inde igitur est quod nos *Woldemarus* dei gracia Brand. et Lusacie Marchio in uniuersorum tam presencium quam futurorum volumus noticiam deuenire: Quod discreto et familiari nostro *Wolthero* dicto *de Hauellant* eiusque heredibus vendidimus iusto contractu vendicionis octo mansos in villa Dolewitz, prope civitatem Middenwald sita, soluentes annuatim quinque choros duri frumenti, cum censu, cum decima carnium, cum omni precaria denariorum et annone, quocumque licet nomine censeatur, cum pachto lignorum, cum supremo et infimo iudicio, cum omni servicio reali et personali atque cum singulis aliis prouentibus de eisdem octo mansis cedentibus, iusto proprietatis titulo pacifice sine omni molestia possidendos. Potest quoque dictus *Woltherus* vel sui heredes dictos mansos cum omni utilitate ac pertinenciis suis atque proprietate vendere, permutare, donare, in vltima voluntate vel in bona corporis sui valitudine, omnes aut aliquos seu aliquem, personis Ecclesiasticis uel secularibus, locis sacris vel temporalibus iuxta sue libitum voluntatis, et in quemcumque vel ad quoscumque vsus quocumque contractu dictos mansos ipse vel sui heredes transtulerint, apud talem vel ad tales dicti mansi cum vniversis suis pertinenciis, fructibus ac libertatibus, tamquam bona propria pleno iure perpetuo remanebunt. Mittentes ipsum *Woltherum* in possessionem corporalem mansorum predictorum necnon iurium suorum per honestum militem nostrum *Johannem* dictum *de Lukkenwald* sollempnitate debita et consueta, renunciamus quoque dictis mansis necnon omni iuri, si quod nobis vel nostris heredibus uel successoribus posset causa competere ex quocumque tam ad proprietatem quam ad possessionem

Digitized by Google

eorundem mansorum, sollempniter per presentes. Pro dictis mansis atque attinenciis suis et libertate atque proprietate dictus *Woltherus de Hauellant* pro se suisque heredibus nobis dedit et complete persoluit sexaginta septem marcas argenti brand. et ponderis, de quibus ipsum et heredes suos quitos dicimus litteras per presentes. Huius rei testes ad hoc vocati specialiter sunt nobilis vir dominus *Guntherus* comes *de Keuernberg*, *Henningus de Blankenborch* et *Droyseco* dapiferi nostri, *Conradus de Redere*, *Sloteko*, *Borchardus* et *Guncelinus de Bertensleue*, *Thidericus* et *Gherardus de Kerkowe*, *Broseco* pincerna et *Heinricus de Rochowe*, milites, *Euerardus* Prepositus Stolpensis et *Hermannus de Luchow* nostre curie notarii, cum aliis pluribus fidedignis. In cuius rei testimonium nostrum sigillum de nostra certa sciencia presentibus est appensum. Actum et datum Spandow anno Domini M° CCC° decimo octauo dominica qua cantatur Letare.

Rathhäusl. Archiv I. 9. Perg. Das Siegel iſt abgefallen. — Die in dieſer Urkunde von dem Walther v. Havelland erworbenen 8 Hufen gehörten nach dem caroliniſchen Landbuche S. 51 ſpäter zu einem Altare in der Marienkirche.

XII.

12. Januar 1319.

Markgraf Woldemar überläßt den Bürgern zu Berlin und Cöln das Dorf Roſenfelde.

In nomine domini Amen. Temporum uarietas ac negociorum multiplicitas in tantum hominum perturbat memoriam, quod humane acciones, nisi scripturarum commendentur claritati, perpetuum ceciderint in errorem. Hinc ergo est, Quod Nos *Woldemarus* Dei gracia Brandemburgensis et Lusacie Marchio recognoscimus et in presencium ac futurorum volumus noticiam devenire: Quod dilectis nostris Ciuibus de Berlin et Colonia presentibus et futuris dedimus et per presentes literas donacione solempni donamus Proprietatem uille Rosenuelde, ac omnium et singulorum ad ipsam uillam spectancium, cum

Digitized by Google

agris cultis et incultis, pratis, pascuis, lignis, supremo et inferiori iudicio, curruum servicio et quovis alio servicio reali et personali, cum iure patronatus, cum precaria tota denariorum et frumenti, cum uniuersis eius debitis, limitibus ac plane cum omnibus intra ipsos limites contentis, licet de ipsorum aliquo esset specialis mencio facienda, possidenda proprietatis titulo perpetuis temporibus possessione pacifica cum omni iure, utilitate et commodo ipsius uille et attinencium omnium et earundem; exceptis uiginti duobus mansis uille eiusdem, quos Magnificus princeps dominus *Hermannus* Marchio Brandenburgensis quondam clare memorie, cum omnibus iuribus et prouentibus, precaria et seruitiis plena libertate Apposuit Altari sancte Marie sito in capella castri Spandow cum plena proprietate, in quibus mansis et eorum attinentiis nihil iuris retinebunt penitus ciues nostri predicti. Renunciantes in hiis scriptis solempniter et expresse proprietati dicte uille et omnium attinencium ad eandem renuntiacione debita et consueta, nihil iuris aut facti in eadem uilla vel eiusdem attinentiis nobis aut nostris successoribus reseruantes. Et ne de causa huius nostre donacionis dubium oriatur, predicti ciues nostri nos et successores nostros quitos dimiserunt de quingentis talentis Denariorum Brandemburgensium in quibus ipsis ex iusta causa fuimus obligati. Ipsi quoque ciues nostri presentes et futuri de dicta uilla et eius attinentis universis, exceptis XXII mansis et eorum attinentiis, possunt facere et disponere iuxta sue libitum uoluntatis. Et ne de hoc facto apud posteros dubium oriatur, presentem literam super hoc dare iussimus nostri sigilli robore communitam. Testes quoque qui presentes fuerunt sunt hi: Nobilis uir *Guntherus Comes de Keuerembergk*, *Conradus de Redere*, *Droysecen*, *Johannes et Heinricus de Crochere*, *Matthias de Bredow*, milites, *Heinricus* quondam Decanus in Stendal, *Euerardus* Stolpensis prepositus et *Hermannus de Luchowe*, nostri capellani cum aliis fide dignis. Actum et datum Spandowe in nostra presencia Anno domini 1319 feria sexta infra octavam Epiphanie.

Altes cölnisches Copiarium S. 71.

Digitized by Google

XIII.

19. April 1319.

Markgraf Woldemar vereinigt die Probstei Berlin mit den Parochialkirchen zu Berlin und Cöln.

In nomine domini amen. Nos *Woldemarus* dei gracia Brandeburgensis et Lusacie marchio tenore presencium publice profitemur, quod reuerendus in christo pater dominus *Johannes* Ecclesie Brandenburgensis Episcopus cum consensu sui capituli ad nostram instanciam diligentem preposituram Berlinensem cum Ecclesiis parochialibus Berlinensi et Coloniensi legitime couiuit ita, quod de cetero debeant censeri pro vno benificio indiuiso, civitas quoque Coloniensis quoad spiritualia dicte prepositure perpetuo subiacebit. In cuius rei testimonium nostrum sigillum cum sigillis predicti reuerèndi patris domini *Johannis* Episcopi, domini *Johannis* prepositi et capituli Ecclesie Brandenburgensis presentibus in sempiternam memoriam est appensum Presentibus testibus reuerendis in christo patribus dominis *Witigone* Misnensi ac *Heinrico* confirmato Havelbergensi Ecclesiarum Episcopis, domino *Gunthero* comite *de Keuerenberg*, *Conrado de Redere*, *Droysecone*, *Johanne de Blanckenborch*, dapiferis, *Redekino* marscalco nostro, *Borchardo de Bertensleue*, *Hinrico de Schenkendorp*, militibus, *Euerardo* Berlinensi, *Segero* Stendalgensi, *Wolthero* Poswalcensi et *Nicolao* Bernowensi prepositis necnon *Hermanno de Luchowe* nostre curie Capellanis cum aliis pluribus fide dignis. Actum et datum Tangermunde Anno domini M° CCC° decimo nono Quinta feria post dominicam Quasimodogeniti. Nos quoque *Johannes* diuina miseracione predicte Brandenburgensis Ecclesie Episcopus Recognoscimus et in perpetuam deducimus tenore presencium nocionem, quod ad instanciam studiosam magnifici principis domini *Woldemari* marchionis Brandenburgensis predicti et cum consensu eius expresso necnon cum consensu honorabilis Johannis prepositi et capituli predicte nostre Ecclesie prefatam preposituram Berlinensem cum Ecclesiis parochialibus Berlinensi et Coloniensi inuocato Christi nomine confisi quod de suffragio beatorum Petri et Pauli apostolorum vniuimus ex certis et legitimis

Digitized by Google

causis et presentibus canonice counimus volentes ipsam censeri et haberi perpetuis temporibus pro vno beneficio indiuiso, ciuitatem quoque Coloniensem quoad omnem spiritualem Jurisdictionem dicte Berlinensi prepositure volumus sempiterno tempore subiacere et vt hoc nostrum factum mature initum irrenocabile permaneat vt pote in omnipotentis oculis placidum et acceptum, nostri sigilli appensione presentem literam super hoc editam cum sigillis predicti principis necnon domini *Johannis* prepositi et capituli predictorum decreuimus in nomine domini confirmandam. Actum et datum in presencia predictorum testium specialiter ad hoc vocatorum loco anno et die premissis.

Nos vero *Johannes* predicte Ecclesie prepositus et capitulum fatemur publice quod in premissis et in premissorum quolibet nostrum plenum et expressum impertiti sumus consensum et presentibus debite impertimur et in huius lucidius testimonium nostra sigilla de nostra certa sciencia sunt appensa vna cum sigillis Reuerendi domini et patris nostri domini *Johannis* Ecclesie Brandenburgensis Episcopi et magnifici principis domini nostri *Waldemari* marchionis Brandenburgensis predictorum in rei geste memoriam sempiternam. Datum presentibus testibus predictis. Anno die et loco predictis.

Königl. Geh. Staats- u. Cab. Arch. Perg. mit vier Siegeln, von welchen das des Markgrafen beschädiget ist.

XIV.

30. September 1319.

Herzog Rudolph von Sachsen und dessen Mündel, die Markgräfin Agnes von Brandenburg, confirmiren und vermehren die Rechte und Privilegien der Städte Berlin und Cöln.

Rudolphus dei gracia Dux Saxonie Angrie Westfalie Comes in Bren, in Magdeburch Burchgrauius, Tutorque Inclite principis domine *Agnetis* Marchionisse in Brandeburch, nec non *Agnes* eadem gracia in Brand. Marchionissa, notum facimus vniuersis presentibus et futuris in perpetuum. Quoniam gloriosus deus in sanctis suis et in

maiestate mirabilis, cuius ineffabilis altitudo prudencie nullis inclusa limitibus, nullis terminis comprehensa, recta censura Judicii celestia pariter et terrena disponit, Et si cunctos eius ministros magnificet, alios decoret honoribus, et celestis efficiat beatitudinis possessores, illos tamen vt dignos dignis et pocioribus attollat insigniis libertatum atque premiorum vberiore retribucione prosequitur, quos digniores agnoscit et comendat ingenciorum excellencia meritorum; nos igitur ea sacra sequentes vestigia et exemplo ducti laudabili, licet vniversis in nostro ducatu et gubernacione constitutis sollicite prouidere debeamus, fideles tamen civitates videlicet Berlyn et Colne preferre volumus et eorum statui tempore futuro ac presenti prouidere, attendentes earum pias consideraciones et deuotas. Affeccionibus ipsarum inclinati damus et donamus pariter et approbando confirmamus vniuersa et singula Jura ac omnes libertates et consuetudines, quas dicte ciuitates sub Incliti quondam principis Marchionis *Ottonis*, dicti *Longi*, recordacionis diue temporibus habuerunt, pro ut in Instrumentis super eo confectis lucidius continetur. Statuimus eciam et ordinamus prescise volentes quod dictarum ciuitatum ciues coram suo prefecto, vniuersis et singulis hominibus, ipsos inculpare seu impetere pro debitis siue excessibus in ipso iudicio commissis volentibus, debent solummodo et non coram Judice alieno respondere, et quidem prefectus ciuitatum iam dictarum omnes potest et debet sine omni rebellione excessus iudicare, qui in suo sunt iudicio perpetrati, et eciam iam predictarum ciuitatum ciuibus a nostris militibus et vasallis, quos impetere nituntur seu intendunt, in nostra curia iudicium reale ac personale quocienscumque necesse fuerit debemus ordinare, taliter quod omne iuris beneficium ipsis ciuibus predictis omnimode suffragetur, ac predictarum ciuitatum consules et Scabini omnes iudicent excessus in eorum iudicio perpetratos iuxta quod se nouerunt in Judicii examine facere equitatem. Insuper volumus et statuimus districte, quod prelibatarum ciuitatum ciues ab ipsorum dominis cuiuscumque condicionis existant, a quibus dinoscuntur eorum bona feodalia habere, aut ipsorum heredes legitimi ad quos ipsa bona feodalia deuolui a suis progenitoribus

Digitized by Google

possunt, absque omni contradictione infeodentur bonis suis, dummodo de quolibet frusto Tres fertones argenti tribuant expedite, et predictis vti debent bonis et frui libere, sicut eorum domini atque progenitores dictorum ciuium ea prius habuerunt et quecumque bona feodalia deinceps prelibati ciues suis comparauerint denariis ab aliquo, quocumque nomine eciam censeatur, eo modo et iure possidere debent predicta bona, quo ille a quo emerant ipsa bona possidebat. Preterea volumus statuendo, quod ciues sepe dictarum ciuitatum nobis occasione precarie et contribucionis tantummodo ipsam tribaant pecuniam, annis singulis, scilicet centum marcas cum quinquaginta marcis argenti Braud.; quam inquam pecuniam temporibus marchionis *Ottonis* predicti largiri consueuerant. Nec eciam sepedicti ciues ad vlla debent trahi seu cogi obsequia, tamquam milites et vasalli, sed magis ab ipso seruitutis iugo esse debent absoluti simpliciter et immunes. Volumus eciam quod pauperes ciues ciuitatum premissarum cum suo frumento non minus quam diuites suo tempore, cum decreuerint, ciuitatem Honburch ac reliquas ciuitates frequentent nauigando. Nec aliquis miles aut vasallus debet vti mercimoniis emendo vel vendendo, tamquam ciuis, palam aut occulte. Ceterum volumus quod Monetarii ipsarum ciuitatum fabricent siue cudant talis valoris denarios, quod viginti et octo solidi cum quatuor denariis in pondere facient vnam marcam, et in examine puri consistant denarii, vno lotone amputato. Et iidem Monetarii vnum solidum nouorum denariorum pro sedecim denariis antiquis ministrabunt, nec non ipsi monetarii et thelonarii de questionibus et impeticionibus ipsis obiciendis et obiectis in eorum propriis causis coram prefecto ciuitatum respondebunt. Nullus eciam villanus in rure commorans faciet Brazium, nisi solummodo ad proprium suum vsum. Statuimus insuper, quod nullus hominum Equos aut pecora dictorum arrestet ciuium seu inpignoret in rure locata pro censu suo annuo, quem ipse villanus debito tempore non persoluit. Insuper volumus, quod omnia iniusta Thelonia atque ducatus indebiti debent omnino destrui et deponi. Presertim volumus, quod nullus Judeus ciuitatum predictarum indebitam recipiat vsuram et inconsuetam, sed eam tantummodo

Digitized by Google

exigat, quo est ab antiquis temporibus racionabilis approbata, nec eligat graues denarios de leuibus nec aliquos nouos denarios aut argentum faciet siue cudet; quicumque vero eorum secus fecerit, eciam si christianus exstiterit, debet pro falsario omnimode reputari. Vt hec autem donaciones confirmaciones nostre atque statuta rata et inconuulsa permaneant premissa, et a nullo infringantur, nostra sigilla presentibus duximus appendenda. Testes huius rei sunt *Hermannus de Wederde*, *Bernardus de Nygrep*, *Fridericus de Aluensleue*, *Gheuehardus de Aluensleue*, *Offo de Zlywen* dictus, *Suy'dengher* dictus *de Rechchenberch*, *Hennig* dictus *de Vorlant*, *Hermannus de Nebedde*, *Conradus* dictus *Bogelsak*, *Rudolfus de Drisule*, Milites, et quamplures alii, quorum fides nullatenus est neganda. Actum et datum Berlyn Anno Domini Millesimo Tricentesimo Decimo Nono, in Crastino die Michahelis Archangeli.

Rathh. Archiv I. 10. Perg. Das Siegel Herzog Rudolphs etwas beschädigt; auf der Rückseite eine antike Gemme; das der Markgräfin ist abgefallen. Küster IV. 155. ist nicht correct.

XV.

1. Januar 1320.

Die Markgräfin Agnes überläßt dem Rathe zu Berlin das Recht über die Juden daselbst.

Humani actus crebro ne cum fluxu temporis defluant, necesse est, ut litteris et personis auctenticis perhennentur. Hinc est quod nos *Agnes* dei gracia Relicta domini *Waldemari*, Brandenburgensis et Lusacie Marchionis diue memorie, Ducissa de Brûnswic vniuersis et singulis presentibus et futuris hanc literam inspecturis seu audituris, notum esse volumus in perpetuum, Quod nostris fidelibus Consulibus ambarum Ciuitatum videlicet Berlin et Colne dedimus et donauimus perhenniter ad exactionem et alias indigencias ipsorum supplendas omnes nostros vulgares, hoc est communes Judeos, propriam hereditatem in dictis Ciuitatibus non habentes voluntarie pleno iure, renunctiantes omni iuri, quod nobis de dictis competere possit

Judeis et compettere poterit in futurum; ita sane quod non debent mandatis nec iussionibus alicuius aut iudiciis quocumque nomine censeatur, exceptis preceptis et iudiciis supradictorum Consulum obedire. Testes huius facti sunt: *Bartoldus de Butze*, miles, dominus *Everhardus*, prepositus in Berlin, noster cappellanus, dominus *Thidemannus de Kothene*, noster cappellanus, et alii quam plures fide digni. In huius facti euidenciam cerciorem presens scriptum appensione nostri sigilli duximus muniendum. Datum anno domini Millesimo Trecentesimo vigesimo in die Circumcisionis domini, in Berlin.

Rathhäusl. Archiv I. 11. Perg.; von dem Siegel sind nur Spuren übrig. — Küster hat im A. u. N. Berlin IV. 131. diese Urkunde lateinisch gegeben, mit welcher die im berlinischen Stadtbuche befindliche deutsche Uebersetzung übereinstimmt (s. Thl. I. S. 55 der Beitr.). Beide sind aber von dem vorstehenden, nach dem Originale besorgten Abdrucke sehr verschieden. Der Küstersche Abdruck bezeichnet „omnes Judeos, divites et egenos in dictis civitatibus hereditatem propriam habentes" als abgetreten; aber in dem gedachten Originale ist nur die Rede davon, daß die Markgräfin „omnes vulgares hoc est communes Judeos propriam hereditatem in dictis ciuitatibus non habentes" überwiesen habe. Auch Rücksichts der Zeugen finden sich bedeutende Verschiedenheiten.

XVI.

24. August 1321.

Märkische Städte verbinden sich, ihren Huldigungs-Eiden getreu und gemeinsam nachzukommen ꝛc.

Wi van Brandenborch vt der nyen stad vnd vt der alden stat, Ratenow vnd Nawen, Spandow, Berlyn vnd Colne, Myddenwolde vnd Copenyc, Bernow, Euerswolde, Landesberghe vnd Struceberghe, Monekeberghe vnd Vorstewolde, Vrankenvorde, Someruelde vnd Gobbyn, Besekow vnd Luckow, Gorseke, Belýtz vnd Brycen Dye ratman bekennen des in dessen gheghenwerdeghen brýwe, dat wýe des ouer en hebben ghetragen vnd ghelovet: Weret dat vses heren hertoghen *Rudolfes* van Sassen,

dar em got wor bewar, tů kort worde, er vse yunghen heren sỳne kỳndere mundych worden, so en scolde en ghene stat eme anderen hulden tů der muntscaf, wye en deden dat met eỳme ghemeynen rade vnd Berlỳn met den anderen steden dỳe user (vrowen) van Brunswỳc lỳfghedynghe synt. Weret dat vses heren van Sassen tu kort worde, dar us got vor bewar, so scolden sye bỳe orer vroweu dar sỳe recht an deden, vnd scolden dat dun na der stede rat. Vortmer weret dat ennỳch here wer, hỳe wer wye hỳe wer, dye tu dem lande toghe metter macht vnde wolde etleke stad af dedinghen met sodaner rede, dat hye spreke also: „Alse ye yůwen heren van Sassen gehuldet hebben, ofte ennỳch here queme dỳe ỳů met rechte van em brochte vnd em syne kost vnd synen scaden, den hye ůp yů ghetraghen hedde, den sye redelỳken bewysen můchten, legherde, Also ben ich hỳr vnd wyl dat wl brenghen," oder encherleyge ander rede uor brechte, dar hye yů met uan den anderen steden wolde brynghen, so en scolden sỳe en ghen dỳnc dun, sỳe en deden dat met der benůmede stede rade. Doch sỳnt stede vnder desse benůmede stede, dye vnsen heren van Sassen den hertoghen ghehuldet hebben tů ener ewỳgher huldynghe, dat sỳn dun dar sye recht an dun, dar en wỳl wỳe sỳe nycht aue holden, wỳ wỳllen sỳe dartů worderen. Vortmer weret dat ennỳch man mỳssededе an desser benůmede stede ennỳch, dat wer rouende oder mordende oder stelende oder bernende up en lothen, deme solde men wolghen met rechte also verre, wente hỳe vorvestet worde, so scolde men dye sake bescrỳuen dar hỳe vmme wer vorvestet, vnd scolde sye senden van stede tu stede, so scolden sye voruestet syn in alle desse benumede stede; vnd in welker hỳe den begrepen worde, dar scolde men lỳker wỳz ouer em rychten, ofte hỳe yn der stat begrepen wer, dar hye den scaden hedde beghanghen. Vortmer weret dat ennych desser benumede stede met eynander tuydracht hedden, dat scolden sye under sỳch berychten, ofte sye muchten. Weret dat sye des nycht en kunden noch en můchten, so scolden sye dat uter hant laten tu den anderen steden. Vnd wat sye denne vor en recht spreken

Digitized by Google

dar vmme, dar scolen sye sych den an laten ghenughen. Weret dat sỳ des nỳcht dun en wolden, so scolde vse here dỳe hertoghe van Sassen dye worbenumede, dar bouen en ouerman wesen, vnd wat hye den metten anderen steden vor eyn recht spreke, dar scolden sỳe sỳch den an laten ghenughen. Vortmer weret dat ennỳch desser benumede stede ingheseghele an dessen brỳf nycht en queme, dỳe en scolde nỳcht met dessen uorbescreuen saken anstan. Dat desse vorbenûmede dync stede vnd vnuorwandelet blỳuen, des hebbe wye dessen gheghenwordenghen brỳf dar ûp ghegheuen met usem ynghesegheleu beseghelet. Desse dync dye synt gheschỳn na godes bort dusent iar vnd drỳhundert yar in deme enentuỳntỳgsten ỳare, tu Berlyn an sunte Bartholomeus daghe des hỳlghen apostoles.

Das Original dieſer Urk. befindet ſich im Archive der Stadt Brandenburg, durchaus wohlerhalten; es hangen an derſelben die beſchädigten großen Siegel der Städte Berlin u. Cöln ohne Spur von andern. Der Abdruck bei Buchholz V. U. A. 35. iſt nicht correct.

XVII.

6. November 1325.

Markgraf Ludwig bewilligt den Rathleuten zu Cöln zwei Talente brand. Pfennige aus der berliniſchen Münze.

Nos *Ludovicus*, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, Sacri Imperii Archi-Camerarius, Recognoscimus publice per praesentes, quod ad instantiam fidelis nostri militis *Johannis de Vroyden*, dedimus solempniter et donamus universitati Consulum de Colln proprietatem veram et omnimodam super duobus talentis denariorum Brandenburgicorum, que discretus vir *Johannes de Belitz*, Burgensis noster ab ipso *Johanne*, milite nostro et eius fratre *Johanne* legitime comparavit in moneta nostra Berlin, volentes ratum et acceptum habere, in quoscunque usus dicti nostri Consules talia duo talenta duxerint convertenda. Renunciamus ergo dictis duobus talentis ac omni

Digitized by Google

iuri, quod nobis vel nostris successoribus posset competere in eisdem. In cuius rei testimonium nostrum sigillum praesentibus est appensum. Praesentes fuerunt nobilis vir *G. Comes in Lindau*, *Bussow de Milaw*, et *Ebelo de Briezek*, milites cum aliis fide dignis. Actum et datum Berlin Anno Domini millesimo CCC° XXV° feria quarta post festum omnium Sanctorum per manum *D. de Luchow*.

S. Reinbeck's brennender Petrithurm S. 30.

XVIII.

10. Mai 1326.

Markgraf Ludwig bestätigt eine Schenkung zur Stiftung eines Altars in der Nicolaikirche.

In Nomine Domini Amen. *Lodewicus* Dei gratia Brand. et Lusacie Marchio, Comes palatinus Reni, dux Bawarie, sacri Imperii Archicamerarius, omnibus hoc scriptum cernentibus sa[lutem] et successibus prosperis feliciter habundare. Cum circa queque negocia temporabilia soleat diligencia adhib[eri ut] stabili perhennentur subsistencia, circa illa tamen maxime, que ad diuinum destinantur cultum [dilig]entissime agendum est, vt irreuocabiliter ad posterorum noticiam deducantur; Igitur cum discretus [vir *Jor*]*danus* dictus de *Hekelwerk*, burgensis noster de Berlin, spiritu informatus et pro remedio [anime] sue, vxoris sue, progenitorum suorum et successorum altare quoddam cum consensu expresso d[iscreti] et honorifici viri domini *Euerhardi* prepositi Berlinensis fundauit in Ecclesia sancti Nicolai in Berlin in honore beate et gloriose virginis Marie, ipsumque octo talentis Denar. Brand. in moneta nostra berlinensi, quam quondam *Jacobus de Vryensten*, bone memorie, huic sollemniter dotauit, renunciando eisdem quoad se et suos heredes simpliciter et expresse: nos huius operis salutaris cupientes fieri participes ad instanciam deuotam dicti *Jordani* dedimus et per presentes donamus supra dictis octo talentis proprietatem plenam et omnimodam, ita quod nichil iuris nobis vel nostris successoribus reseruauimus in eisdem [.....] dicta octo talenta ipsi altari adeo libera perma-

Digitized by Google

nere, quod usus secularis in eisdem nullum [?.....] debeat vendicare. Jus quoque presentandi residebit in persona dicti *Jordani* et suorum heredum, quorum [nullo s]uperstite, dictum ius presentandi ad nos vel nostros successores deuoluetur. Nec alicui dictum [ius] conferrendum esse, nisi sacerdoti vel ei qui a tempore presentationis intra annum cessante inpedim[ento] in sacerdotem valeat promoueri. In quorum omnium et singulorum testimonio nostrum sigillum [presentibus] esse appensum. Testes fuerunt presentes nobilis vir dominus *Guntherus comes in Lindow*, honor[ificus] dominus *Seger* prepositus stend., *Hermannus de Lossowe*, *Busso de Milowe*, *Hr. de Redere*, *Joh. de Vroiden*, milites, *Joh. Diues*, *Conr. Schum*, *Goceko Beuer*, *Nicol Zuden*, *Hinr. Wiper*[*tus*] et *Johannes Longus*, ciues de Berlin et de Colnn, cum aliis fide dignis. Datum Berlin per manum *Hermanni de Luchowe* anno domini M° CCC° XXVI° vigilia penthecostes.

Nicolai-Kirchen-Archiv. Perg. sehr beschädigt; das Siegel ist abgefallen.

XIX.

19. Mai 1327.

Markgraf Ludwig bestätiget eine Schenkung der Kaufleute zu Berlin und Cöln für einen Altar in der Petrikirche zu Cöln.

In Nomine Domini Amen. Nos *Ludovicus* Dei Gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavarie, St. Imperii Archicamerarius, Recognoscimus lucide per presentes, quod propter Deum et salutare remedium animarum nostre atque predecessorum nostrorum, dedimus donacione solempni proprietatem plenam et omnimodam sacro altari sito in Ecclesia St. Petri in Colonia, consecrato in honorem St. Catharine virginis, super tribus talentis denariorum Brandenburgicorum in theloneo Berlinensi, que mercatores Berlinenses et Colonienses erga *Sluterum* famulum sua pecunia compararunt, in quorum mercatorum et suorum successorum

Digitized by Google

ius presentandi ad dictum Altare residebit plenaria potestate. Renunciamus ergo dicte proprietati atque omni iuri, quod nobis vel nostris successoribus in hoc posset competere quomodocunque in futurum. In cuius rei testimonium nostrum sigillum de nostra certa sciencia presentibus est appensum, presentibus Nobili viro Domino *Gunthero Comite de Lindow*, *Henrico de Stegelitz*, *Alberto de Clepzk*, *Henrico de Slabbrndorff*, militibus cum aliis fide dignis. Datum Eberswalde per manum Hermanni de Luchow Anno Domini Millesimo CCC° XXVII. feria tercia in Rogacionibus.

Nicolai-Kirchen-Archiv. (Alte Abschr.)

XX.

11. September 1327.

Markgraf Ludwig übereignet einem Altar in der Petrikirche zu Cöln Hebungen aus dem Zoll und der Münze zu Berlin.

Nos *Ludovicus*, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Palatinus Rheni, Dux Bavarie, S. Rom. Imp. Archi-Camerarius, praesentibus publice protestamur, quod propter Deum et ad preces fidelium nostrorum Consulum de Berlin et de Colne cum consensu et autoritate spectabilis viri Domini *Bartholdi*, *comitis de Henneberg*, nostri tutoris, dedimus et per praesentes solenniter donamus proprietatem plenam et omnimodam pro tribus talentis in telonio nostro Berolinensi et super uno talento in moneta nostra Berolinensi, appositis ad altare St. Nicolai, situm in Ecclesia St. Petri in Coln, ita quod talia quatuor talenta dicto altari libera, ab omni precaria, et ab omni onere semper libera permanebunt, nihil juris nobis vel nostris successoribus ad ipsa de cetero reservantes. In cuius rei testimonium nostrum sigillum praesentibus de nostra certa scientia est appensum. Praesentibus nobilibus viris Domino *Bertholdo*, *comite de Henneberg*, Domino *Bussone*, *comite de Mansfeld*, Honorabili viro, Domino *Seger*, Praeposito Stendaliensi, et *Hermanno de Lochow*,

Digitized by Google

cum aliis fide dignis. Datum Berlin anno Domini MCCCXXVII. feria sexta ante exaltationem sanctae crucis.

Aus Reinbeck's brennendem Petrithurm S. 30.

XXI.

19. März 1328.

Markgraf Ludwig verkauft den Rathleuten zu Berlin und Cöln eine Hebung aus dem berlinschen Zoll.

Nos *Ludovicus* dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio etc. recognoscimus universis presentes audituris literas vel visuris, quod fidelibus nostris consulibus de Berlin et de Coln atque universitati civium ibidem presencium et futurorum vendidimus debito contractu vendicionis et per presentes vendimus successionem legitimam viginti talentorum denariorum brand. que honorabilis vir magister *Petrus* decanus poznaviensis, noster capellanus dilectus, habet in theloneo nostro Berlin, ita quod post obitum dicti magistri petri prefati burgenses nostri dicta viginti talenta cum plena proprietate et omnimoda perpetuo possidebunt; proinde burgenses nostri predicti nobis de debitis que ipsis debuimus trecentas marcas argenti brand. viginti marcis minus defalcaverunt. Renunciamus igitur dicte successioni talentis et proprietati eorundem, quoad nos et successores nostros, renunciacione debita et consueta. Et ut premissa semper maneant illibata, presentes fecimus ex inde confici et sigilli nostri appensione firmiter de certa nostra sciencia communiri. Testes quoque ad hoc specialiter vocati sunt: Nobilis vir dominus *Busso comes de Mansfelt*, *Woltherus comes de Werningerode*, honorificus vir dominus *Seger* prepositus Stendal. *Hermannus de Lossow*, *Hinricus de Steghelitz*, *Ludolfus de Wedele*, milites, *Hasso de Wedele*, *Hermannus de Redere*, noster advocatus, atque *Hermannus de Luchowe*, cum aliis de nostra familia fide dignis. Datum Berlin Anno domini M° CCC° XX octavo, Sabbato proximo ante dominicam Judica.

Königl. Geh. Staats- und Kabinets-Archiv. Perg.; Siegel beschädigt.

XXII.

2. Juni 1328.

Markgraf Ludwig confirmirt den Städten Berlin und Cöln die ältern Privilegien, die Einigung des Landes und der Städte und andere Rechte.

In Godis namen Amen. Wi *Lodewig* von der Gnade Godis, Margreue tû Brandenborch und tû Lusiz Palanz dis Rines, Hertog tû Beyern und ouerste Camerer des hilgen Romschen Rikes bekennen in dessen breue, dat wi durch lieue und durch truwe vnser gemeinen bôrger von Berlin und von Colen hebbin mit rade vnser vrunt vnd vnser manne, densulnen vnsen bôrgern, die nû sint, vnd noch tûkomen, gegeuin vnd bestedeget in dessen breue al ire vriheit, al ire len, al ire erue, al ire Recht, al ire eigen, geistlich und wertlik, al ire guden wonheit, al di gnade vnd al dat sie in rechten weren hebbin, an velde, an marke, vp lande vnd in der stat. Wi stedegen en ok alle redelke stücke, di sie bewisen mögen mit alden oder mit nyen breuen, die en gegeuin sin von den fürsten von Brandenborch die vor vs gewesin sin in deme fürstendûm tu Brandenborch. Ok geue wi si vri alles vnrechtes tollen und geleides, vp watere vnd vp dem lande. Wi gunnen en ok, dat si di enunge holdin di si tûsamene hebbin gelouit vnd sworen mit deme lande und mit den Steden in der Marke. Wer ok gerichte, hogest oder sidest oder dienst heft in deme lande, di en scal sine vntersaten mit deme Richte und dienste tû vnrechte nicht vorderuen. Wi scolin ok breken al die vesten, di in dat land gebuwet sin na margreuen *Woldemer* dode, vnd dat scole wi dûn mit Rade vnd mit hulpe der stede in dem lande. Wi scolen ok laten si vnd al die in deme lande sin bi ereme rechte, als et von aldere heft gestan. Wi willen ok dat iewelk man, he si ridder, knecht oder Bôrger, scal bede nemin alse si die herscop nimt. Wi en scolin ok nemande staden si tû hindernde an liue noch an gude, an iren luden noch an irme rechte mit ienegem vnrechte. Word ok ridder oder knape von ienegeme vser bôrger vorclaget vmme schulde vor vseme landrichtere, vnd di clage vol

Digitized by Google

richtet worde, also dat ein pant gedielet worde deme cleghere, vnd dat pant geweigert worde, so scal die cleghere dat vor vs bringen, vnd wi scolen denne bieden vsem vogede oder vsem Ammechtmanne, dat he dat pant vtpande. Schege denne des nicht, so mach die clegere denne wol sulk pant irvolgen mit sulkeme rechte, dar di stat mede besat is, als ere breue spreken, vnd dat en scal denne weder vs nicht sin. Wi hebbin ok si begnadet durch sunderlke truwe die sie kegn vns bewiset hebbin, dat wi vnd vnse Nakomelinge, vor lenwere io von deme stucke nicht wenne dri verding sulvers Brand. nemen scolin von en vnde von eren nakomelingen. Vnde dat wie alle desse vorbescreuene ding ganz und stede haldin vnde vse nakomelinge, so hebben wi en desen brief darouer geuin, besegelt mit vsem Ingesegele. Dat is geschen vnd dese brief is gegeuin tū Berlin na der bort vnses Herren Dusint iar dribundert iar Achtentvintich iar an deme dage des hilgen lichames vnses herren, an gegenwerdicheit Greuen *Bussen von Manzfelt*, hern *Segers* des prouestes tu Stendale, hern *Janes von Vroiden*, hern *Bussen von Milowe*, hern *Heinekes von Wardenberg*, vses Marscalkes, hern *Herman Balges*, hern *Hinrich von Sydow* vnd hern *Werner von Arneborch*, riddere, von *Herman* hant *von Luchow*.

Rathhäusl. Arch. I. 13. Perg., mit wohlerhaltenem Siegel. — Der Abdruck in Küster's A. u. N. Berlin IV. S. 158 ist nicht correct.

XXIII.

8. September 1335.

Probst, Prior und Capitel des Stiftes zu Brandenburg verbürgen sich für die Aufrechthaltung des zwischen dem Bischof Ludwig und den Städten Berlin und Cöln errichteten Vertrages über die Aufhebung des Bannes wegen des zu Berlin erschlagenen Probstes von Bernau.

We *Diderik* van der gnade goddes prouest, *Johannes* Prior und dat ganze capitel des goddeshuses tu Brandenborg Bekennen openleken in dessem breue, Dat twi-

Digitized by Google

schen vsem liuen herren hern *Lůdewich*, vses goddeshuses Bischop und den Borgheren der twýer stede Berlyn und Colne ghededhinget is, mit vser ghemeýnen vulbort und ghuden willen eyn Berýchtýnghe, vmme den mort hern *Nicolaus*, de hir bevoren prouest was tů Bernow, in susdaner nabescreuener wise: We *Ludewich* van der gnade goddes Bischop tů Brandenborg Bekennen des in desseme openen Breue, alle den de en horen eder sen, Dat we alle stuke vnd dhing ghenzleken und stede halden willen, alse de erafteghen ryddere her *Dyppolt Busse*, houemeyster, her *Altman*, camermeyster, her *Jan van Buk*, houerychter vses liuen herren marchreuen *Ludewig* von Brandenborg, twyschen vns vnd den Borgheren van Berlýn vnd van Colne ghededinget hebben vmme den mort des prouestes van Bernow. Tů dem erstenmale, So neme we tů vns alle sake vnd alle schelingh van des prouestes weghene van Bernow, vnd ghelouen de Borghere scadelos tů haldene in allen Saken. Hirvmme scolen se vns gheuen achtehalfhundert marc Brand. siluers. Der hebben se vns hundert marc alrede betalt vnd scolen hundert marc gheuen vp vser vrůwen dagh wurthemissen, de nu neýst cumpt, vnd dreddehalfhundert marc vppe sente mertens dach darna, vnd drehundert marc vppe sente wůlburch dach darna. Vnd vor dit ghelt altůmale so scole we setten den Borghern Scrapstorp mit vifundeseuentich Stucken gheldes, vnd scolen dat antwerden tů vnser vnd tů erer hant, *Otten van Oxstene*. Were ok dat *Otte* afghinghe, so scole wi dat antwerden eýnem, de vnse Besetene man is, den de Borghere dartů kesen; de scal den Borgheren louen vnd weme Se wýllen dat ghelouet hebben tů erer hant. Oft dat ok ghesceghe, dat vns dat vor vuchte, dat we de Borghere van dessen vorbenomden Saken nýcht nemen en mochten wan en de sank gheleghert wůrde van enýghen richtere, vmme desse Sake bin eýnem verdel iares darna, so scall de der Scrapstorp inne heft, Scrapstorp antwerden den Borgheren mit der ghulde. Dat scolen se halden eder vorsetten vor ere ghelt. Vor dat ghelt und vor alle stucke, alse hirvor vnd na gescreven steýt, So scole we den borghern setten tů Borghen den prouest vnd dat ghemeýne capitel

Digitized by Google

tů Brand. vnd dartů teyn andern Bůrghen, de scolen sỳn: Greue *Gunter van Lyndow*, her *Jan van Buk*, her *Henningh van Jaghow*, *Peter* vnd *Koppeken van Bredow*, *Peter* vnd *Georg van Kercow*, *Hasse van Wedele*, *Otte van Oxstene* und *Hans van Bodinghe*. Ghinghe desser Bůrghen ỳenech af, in des stede scole we binnen eỳner mantỳd enen anderen setten, alse ghut. Desse bůrghen scolen den Borgheren ervullen alle den scaden und alle den Broke des gheldes, und de Borghere scolen ok na desser Borghen rat důn, Oft se Scrapstorp vorsetten welden, oft men mer darup krighen kunde, wan se et vorsetten kunden eder mochten. De Borghere scolen ok vor des prouestes sele, alse dar bededhingt is, maken enen altar van twelf stucken in de parrekerken dar he ghedodet ward. Se scolen ok setten en stenern cruce twỳer vatmen hoch, vppe de stede dar he ghedodet wart, vnd scolen darvp halden eỳn ewich lỳcht, want an de tỳt dat se dat wandeln in en betere, na des Bischoppes rade. Vnd bouen alle desse dhing, so en scal en neman tỳen sunderliken rades eder dades de prouestes dodes. Kumpt ouer ỳemant tů vns, dorch siner samwỳtlicheỳt, den scole we vorderen mit guden truwen, dat eme losinghe werde van dem pauese, vnd scolen ok den Bůrgheren helpen truweleken mit rade vnd mit gunst, in dessen vnd in andern saken, alse eỳn (Bischop) tu rechte sinen parluden scal. Tů euer bewỳsingh desser vorghescreuen dhing hebbe we vnse inseghel laten henghen an dessen bref, vnd we vorbenomede *Dyderik*, prouest, *Johannes*, prior vnd capitel mit den vorscreuen borghen louen entruwen mit samder hant vor vsen herren Bischop *Ludewig* vnd sine nakomelingh, dat he eder se alle desse vorbenomden dedinghe halden scolen ganz vnde ervullen. Tů euer betughinghe desser vorsproken dhinghe hebbe we vnse inseghel ghehanghen an dessen bref, vnd is ghegheuen tů Brandenborg na goddes bort dusent iar drehundert iar in dem vif unde dritteghesten iare in dem daghe der bort vser vruwen.

Städtiſches Archiv I. 14. Pergament mit zwei ziemlich wohlerhaltenen Siegeln des Probſtes und Capitels zu Brandenburg.

Digitized by Google

XXIV.

7. September 1336.

Herzog Rudolph von Sachsen befreit die Städte Berlin und Cöln von der Strafe wegen eines gefangen gehaltenen Juden.

Nos *Rudolfus* dei gracia dux Saxonie comes in Bren. sacri Romani imperii archimarscalcus Recognoscimus publice in lyteris scriptis, quod consules et vniuersos ciues in Berlin et Colne residentes, ob hanc causam, quod noster Judeus *Smolken* ex ciuitate Berlin per ciues eiusdem ciuitatis captus fuit, nolumus habere suspectos in aliquo et contra eos ingratitudinem gerere aliquam, volumus magis eos persequi vbilibet honore et fauore. Dicimus eciam et dimittimus predictos consules de octoginta marcis argenti Brandenb. quas nobis promiserunt, quitos et solutos. In euidens testimonium huius rei nostrum secretum presentibus duximus apponendum. Datum Wittenberch anno domini M° CCC° XXXVI° die septimo Septembris.

Rathhäusl. Arch. II. 16. Perg. mit beschädigtem Siegel.

XXV.

16. Januar 1337.

Der Probst Sifrid zu Berlin erkennt das Patronatsrecht des dortigen Rathes über einen Altar in der Marienkirche an.

Nos *Sifridus* Dei gracia Berlinensis Ecclesie prepositus Recognoscimus et publice profitemur, quod quemadmodum Reuerendus dominus *Euers*, pie memorie, olym prepositus Ecclesie supradicte in quodam instituto super eo spiritualiter confecto recognouit, Consules ciuitatis pretacte fore patronos altaris sancte Marie Magdalene in ecclesia Beate Marie virginis in Berlin nouo super foro ac ius patronatus ad eosdem pertinere, sic nos hoc idem presentibus publice protestamur, idem ius patronatus altaris prefati ad Consules supradictos spectare perpetue

Digitized by Google

dum vacabit. Nichilominus persona per eosdem consules ad dictum altare presentata tenetur frequenter esse beniuola ac parata ad celebrandum missam ad ipsum altare pertinentem in predicta ecclesia cantando vel dicendo secundum consuetudinem Inoletam ab antiquo. In huius rei firmitatem nostrum sigillum est appensum. Datum anno domini M° CCC° XXXVII° in die Scti. Marcelli martyris.

Nicolai-Kirchen-Archiv. Perg.; Siegel.

XXVI.

14. September 1337.

Markgraf Ludwig bestätigt die Schenkung der Gebrüder von Rode für einen Altar in der Nicolaikirche zu Berlin.

Nouerint uniuersi tenorum presencium inspecturi, quod Nos *Ludowicus* Dei gracia Brand. et Lusacie Marchio, Comes palatinus Reni, Dux Bavarie, sacrique Romani Imperii Archicamerarius, ob iugem et perhennem bone recordacionis predecessorum nostrorum, heredum et successorum nostrorum Marchionum Brandenburgensorum animarum que [1]), discretorum virorum *Coppekini*, *Henninghi*, *Petzekonis* et *Nicolai*, fratrum dictorum *de Rode*, Ciuitatis nostre Berlin ciuium, sincere nobis dilectorum ipsorumque heredum legitimorum nascencium et natorum ex mera nostre mentis beneuolencia appropriauimus et presentibus appropriamus duodecim mansos in villa Swanebeke, debito precio a *Wernhero List* suisque fratribus fidelibus nostris dilectis comparatos, cum supremo et infimo iudicio seruicioque curruum, cum omnibus iuribus, commodis, honoribus, utilitatibus, usufructibus, precariis quibuscumque et pertinentiis ceteris uniuersis, sicud predictus *Wernher* una cum fratribus suis dictos mansos siue bona a nobis tenuit et possedit, ad altare in honore beatorum Apostolorum Symonis et Jude atque Dorothee virginis dedicatum, in ecclesia beati Nicolai ciuitatis predicte situm, sine impedimento quoque perpetue pertinendos, renunciantes

1) sic.

Digitized by Google

pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni impeticioni, iuri et accioni, que nobis in predictis mansis sine bonis competebant uel competere possent aliquibus in futurum, annuentesque quod si predictos fratres ipsorumque heredes altaris prenotati fundatores et collatores heredibus non derelictis decedere contingeret, quod absit, dicti altaris collacionem siue presentacionem ad consules ciuitatis pretacte deriuare sine inquietacione pariter et deuolui. Annullamus eciam et cassamus omnes litteras per nos ipsi *Wernhero* suisque fratribus et eorundem heredibus super prenotatis bonis datas et ipsas quouis nostro contingere potentes, sic quod in inania nullius sint roboris nec momenti. In cuius rei testimonium presentes dari fecimus sigilli nostri munimine firmiter communitas. Testes vero huius sunt dominus *Johannes de Buk* Capitaneus noster dilectus, *Johannes Husener*, Camere nostre magister, *Wilhelmus Bonbrecht* pincerna, *Heningus de Berlin*, *Laurencius de Griphenberch*, milites, *Hasso de Wedele*, *Ghereko Welf*, *Ludowicus de Lintstede*, famuli, cum ceteris pluribus fidedignis. Datum Berlin anno domini M° CCC° tricesimo septimo in die exaltacionis sancte crucis.

Nicolai-Kirchen-Archiv. Perg.; ohne Siegel. — Aus einer Confirmation Bischof Dietrichs zu Brandenburg d. d. Seieser 1361. ipso die Philippi et Jacobi apostolorum beatorum.

XXVII.

16. September 1338.

Kaiser Ludwig bestätigt dieselbe Schenkung.

Ludowicus dei gracia Romanorum Imperator semper Augustus, uniuersis sacri Romani Imperii fidelibus, ad quos presentes peruenerint, graciam suam et omne bonum. Cum discreti viri *Koppikinus*, *Henningus*, *Petzeco* et *Nycolaus* fratres dicti *de Rode*, Ciues in Berlyn fideles nostri dilecti, ob animarum suarum remedium et salutem, etiam intuitu pietatis, altare quoddam in Ecclesia sct. Nycolai intra Muros ville Berlyn situatum in honore beatorum Symonis et Jude apostolorum atque Dorothee vir-

Digitized by Google

ginis, certis possessionibus, redditibus et prouentibus fundauerint et dotarint, cumque illustris Marchio Brandenburg. primogenitus noster dilectus, huiusmodi possessiones, redditus et prouentus eidem altari appropriauerit pleno iure, prout in suis litteris super eo editis euidencius continetur: Nos pro diuini cultus et nominis incremento, cum semper nostris temporibus res tam fauorabiles et precipue Deo dicatas ampliare vellimus, Appropriacionem reddituum et prouentuum eorundem prescripto altari per progenitum nostrum Marchionem predictum factam iuxta suarum continenciam litterarum confirmamus, approbamus, ratificamus et presentis scripti patrocinio innouamus, dantes has litteras in testimonium super eo. Datum in oppido nostro Franchenfurt XVI. die mensis Septembris. Anno domini Millesimo trecentesimo tricesimo octauo, Regni nostri Anno vicesimo quarto, Imperii vero vndecimo.

Nicolai-Kirchen-Archiv. Das Siegel iſt abgefallen.

XXVIII.

10. September 1338.

Die Markgrafen Ludwig und Stephan von Brandenburg ertheilen eine vorläufige Verſicherung über die Privilegien und Rechte Berlin's und Cöln's.

Noverint universi (tenorem) [1]) presencium inspecturi: Quod nos *Ludovicus* et *Stephanus* dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchiones, Comites palatini Reni, Duces Bavarie, Sacrique Romani Imperii Archicamerarii promisimus et promittimus presencium per tenorem, nos velle admittere fideles nobis dilectos civitatum nostrarum Coln et Berlin cives iam existentes et eorum successores omni iuri, quo apud nostros predecessores fruebantur ab antiquo, debere commanere ipsum quidem ius sic solitum, quodcunque fuerit ipsis, non euacuando non diminuendo; predicta nomine nostrorum fratrum singulorum pollicentes, ut rata servare in eorum absencia et dum ad marchiam eos venire contingat promittere debeant singula prenar-

1) Zuſatz.

Digitized by Google

rata, in cuius rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum Eberswald Anno Domini M° CCC° XXXVIII° feria quinta post nativitatem beate Marie virginis.

Königl. Geh. Staats- und Cabinets-Archiv. Pergament. 2 beschädigte Siegel.

XXIX.

26. December 1338.

Markgraf Ludwig bestätigt eine Schenkung des Raths zu Cöln zur Stiftung eines Altars in der Petrikirche daselbst.

Nos *Ludovicus*, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavarie, S. Rom. Imp. Archi-Camerarius, praesentibus publice protestamur, quod ad honorem Dei, sue sanctissimae genetricis et ad devotam instantiam fidelium nostrorum Consulum de Colne, dedimus et bona voluntate solemniter in his scriptis donamus proprietatem plenam et omnimodam super duobus talentis et uno medio talento Brandenburg. denariorum in censu arcarum, quod dicitur *Grund-Worzinfz* antique ciuitatis nostre Bernaw, et super duobus frustis et uno medio frusto reditus in censu mansorum oppidi nostri Bisenthal, quos quidem reditus annuos consules nostri de Colne apud famulos nostros, videlicet *Bussonem* ac *Zabellum*, patruos *de Greuelhout* cognominatos, pro quinquaginta Marcis Brandenb. argenti et ponderis legitime comparaverint, ad fundationem altaris St. Jo. Baptistae et Sancti Evangelistae Johannis, beatique Christophori Martyris gloriosi, in Ecclesia parochiali dictae ciuitatis Colne per praesentem proprietatis donationem dotati, ita plane, quod praedicta quinque reditus frusta libera absque omni precaria, servitio ac quolibet onere, semper libera ad praedictum altare permanebunt, renunciantes pure omnibus, quae nobis de praemissis competunt, aut nostris heredibus et successoribus competere possent in futuro. Consules quoque dictae nostrae civitatis Colne perpetuo ius patronatus seu praesentationis facultatem dicti altaris obtinebunt. Vt autem haec proprietatis donatio perpetuum obtineat vigorem, ipsam con-

Digitized by Google

firmamus et confirmatam autorizamus per appensionem sigilli nostri ad hanc cartam. Testes ad hoc vocati fuerunt *Johannes de Buchz* miles campi noster generalis, *Betheco de Wiltberg*, *Henning de Berlin*, *Thilo de Ruthenik*, *Driseco de Grifenberg*, milites nostri, *Johannes de Sanden*, *Johannes de Wachmestorp*, *Nicolaus de Selchow*, *Arnold de Bredow*, *Henning Buchening*, famuli nostri, cum aliis quam pluribus fide dignis. Datum Berlin in die Beati Stephani protomartyris gloriosi Anno M. CCCXXXVIII.

Abdr. in Reinbeck's brennendem Petrithurme S. 37 und Küster's Memor. Col. 241.

XXX.

3. Januar 1344.

Markgraf Ludwig bestätigt eine Stiftung des Bürgers Pelz zu Berlin für einen von der Schiffergilde daselbst in der Nicolaikirche gestifteten Altar.

Nouerint uniuersi tenorem presencium inspecturi: Quod nos *Ludovicus* Dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio, Comes Palatinus Reni, Bauarie et Carinthie Dux, Sacrique Romani Imperii archicamerarius, ob maiorem et prefulgenciorem diuini cultus gloriam seu honorem, cui Deo auspice totis nisibus intente mentis oculo intendere volumus, matura siquidem deliberacione prehabita, quatuor talenta denariorum Brandenburgensium in theloneo ciuitatis nostre Berlin sita, ipsa quidem non aliquomodo minuenda, que vir discretus *Gorcke Peltz*, prenotate ciuitatis nostre ciuis nobis dilectus, de substancia sua propria complantata decreuit apponere altari, in Ecclesia parochiali St. Nicolai situato in honore Sancte Crucis dedicato dictoque Gylde nautarum pretacte ciuitati nostre immorancium, ex mera nostra beneuolencia appropriamus et appropriare decreuimus in his scriptis. Qui prenotatus *Gorcke Peltz* eorundem quatuor talentorum denariorum Brandenburgensium appropriacionis collacionem ad vite sue tempus retinebit sine impedimento quolibet, impeticione ac inquietacione qualibet nostri, here-

Digitized by Google

dum et successorum nostrorum perpetuis temporibus predicto altari pertinenda. Volentes vero post eiusdem *Gorckini* decessum, pretacte appropriacionis presentacionem persone idonee faciendam ad nautarum sepedicte ciuitati nostre inhabitancium Gyldam dirigi similiter et conuerti. In cuius appropriacionis nostre euidens testimonium presentes dari fecimus sigilli nostri appensi munimine firmiter communitas. Testes vero huius sunt: nobilis vir *Conradus Dux de Decke*, *Albertus de Wolffstein*, *Wilhelmus de Wimprecht*, noster pincerna, *Fridericus de Lochin*, *Bertholdus de Ebenhusen*, coquine nostre magister, milites, Senior *Hasso de Wedel* et *Gerkinus Wolff*, famuli cum ceteris pluribus fidedignis. Datum Berlin anno dmi. MCCC. quadragesimo quarto, Sabbato post Circumcisionem eiusdem.

Nicolai-Kirchen-Archiv. (Abschr.)

XXXI.

2. Februar 1345.

Markgraf Ludwig beschenkt einen Altar in der Marienkirche zu Berlin mit Einkünften zu Wedegendorf.

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi: Quod Nos *Ludeuicus* dei gracia Brand. et Lusacie Marchio, Comes palatinus Reni et Bauarie Karinthieque Dux, sacri Romani Imperii archicamerarius, necnon Tyrolis et Goricie Comes, diuine remuneracionis intuitu aucmentique cultus diuini, cui desideriosius insistere nitimur, quantum possumus et valemus, neç non ob iugem ac perhennem mangnificorum principum marchionum Brand. predecessorum nostrorum diue recordacionis, nostre nostrorumque heredum et successorum animarum memoriam, octo libras denariorum brandenburgensium reddituum annuorum in ville Wedegendorph precaria sitas, quarum librarum sex in festo beati Michahelis et due in festo beati Nicolai annis singulis solent dari, appropriauimus et appropriare decreuimus per presentes altari exulum, in honore beati Andree apostoli situato, fundato et consecrato in Ecclesia beate virginis ciuitatis nostre Berlyn, sine inquietacione qualibet pertinendas temporum cursibus sempiternis, re-

Digitized by Google

nunciantes omni iuri et accioni, quod, vel que nobis, nostris heredibus et successoribus conpetere poterunt in eisdem; transferentes quoque presentacionem dicti altaris ad prouisores exulum pretactorum, sic quod sue vacacionis tempore personam ydoneam valeant et debebunt licite presentare quocienscumque ad ipsum fuerit oportunum. In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Testes huius sunt strenui milites nostri *Sweiker de Gundolingen*, *Berengerus Hele*, marschalkus, *Altmannus de Degenberch* et *Bertoldus de Ebenhausen*, coquine nostre magister, cum ceteris pluribus fidedingnis. Actum et datum Berlyn anno domini M°C°C°C°XL° quinto, in vigilia purificacionis sancte Marie.

Marien-Kirchen-Archiv. Pergament. — Bischof Dietrich von Brandenburg bestätigte diese Schenkung in einem Nachtrage d. d. Berlyn 1355. in octava corporis christi. — Von 2 Siegeln nur Spuren.

XXXII.

25. Juli 1345.

Markgraf Ludwig belehnt Tyle Brücke mit dem Stadt-Gerichte zu Berlin und Cöln.

Nouerint vniuersi tenorem presencium inspecturi, quod nos *Ludouicus* dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio, sacri Romani Imperii archicamerarius, Comes palatinus Reni, Bavarie et Karincie dux, Tyrolis et Goricie comes, nec non Aquileyensis, Tridentinensis et Prixiensis ecclesiarum advocatus, pensatis et intuitis fidelibus obsequiis nobis per discretum virum *Tylonem de Brücke* ciuitatis nostre Berlyn ciuem fidelem nostrum dilectum studiosa mente cum maxima sollicitudine vt frequencius exhibitis et imposterum nobis et heredibus nostris perpetuo firmius et fidelius exhibendis, eidem suisque veris et legitimis heredibus contulimus et presentibus conferimus successionem et devolucionem iudicii et prefecture ciuitatum nostrarum Berlin et Cölne, sic qaod dum primum idem iudicium et prefectura per decessum discreti viri *Henyngi* Sculteti ibidem fidelis nostri dilecti vel de qui-

Digitized by Google

buscumque causis vel casibus legitimis vacauerit, extunc id ipsum iudicium et omnia ac singula bona pheodalia dicti *Hennyngi* que a nobis habet, tenet et possidet, cum singulis et vniuersis suis pertinenciis qualitercumque nominatis aut vbicumque in consistorio earundem ciuitatum, ciuitatibus eisdem et in villa Wesental aut alibi situatis, ad ipsum iudicium de iure vel ex debito pertinentibus, et duobus frustis annuorum reddituum in theloneo ciuitatum nostrarum predictarum sitis, ad predictum iudicium spectantibus, ad dictum *Tylonem* et heredes ipsius debebunt coniunctim et diuisim iusto pheodi tytulo omnimodo iure, forma, vtilitate, fructu, commodo et honore, quibus idem iudicium et bona ipse *Hennyngus* habuit et possedit, pacipice[1]) perpetue pertinere. Eciam specialiter predicto Tÿloni et suis heredibus contulimus et conferimus supremum iudicium civitatum nostrarum predictarum cum singulis et vniuersis suis pertinentiis, quod pro nunc a nobis tenet impignore, vna cum predicto iudicio quod *Hennynghus* Scultetus predictus noster fidelis a nobis possidet in pheodo cum pertinenciis suis quibuscumque vt superius exprimitur, a nobis debiti pheodi tytulo sine inquietacione qualibet, perpetuis temporibus possidendum. Debebimus eciam nos et heredes nostri et volumus prenotati *Tÿlonis de Brücke* heredibus post ipsius decessum bona sua pheodalia per eum ad ipsos deuoluta a nobis in pheodum procedencia requisiti conferre sine alicuius muneris dacione; Volentes eciam ipsum *Tylonem* et heredes ipsius cum suis bonis pheodalibus sub nostro dominio conservare nec ipsos ad dominos alios nostros vasallos cum eisdem remitere quouismodo. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Testes vero huius sunt: nobilis vir *Güntherus comes de Swartzburg*, dominus in Spreenberg, strenuique viri *Frid. de Lochen*, *Swykerus de Gündolfingen*, *Berngerus Hele*, marscalcus noster, *Johannes de Hüsen*, camere nostre magister, *Berchtoldus de Ebenhusen*, coquine nostre magister et *Wilhelmus Bombrecht*, pincerna noster, cum ceteris plu-

1) sic. (pacifice).

ribus fide dingnis. Datum in Nürenberg anno domini M° CCC° XL° quinto, die beati Jacobi apostoli.

Königl. Geh. Staats- und Cabinets-Archiv. Pergament. Siegel ziemlich erhalten

XXXIII.

29. Oktober 1345.

Markgraf Ludwig beschenkt den Altar Catharinae in der Petrikirche zu Cöln.

Noverint universi praesentes litteras inspecturi, quod nos *Ludovicus*, Dei gratia Brandenburg. et Lusatie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Bavarie et Karinthie Dux, Sacrique Romani Imperii Archi-Camerarius ob honorem et reverentiam omnipotentis Dei, gloriose Virginis Marie, et omnium sanctorum, nec non ob jugem seu perennem magnificorum Principum, Marchionum Brandenburgensium pie recordationis praedecessorum nostrorum animarum, nostri, heredum et successorum nostrorum memoriam, ut divinus cultus, cui desideriosius insistere volumus, magis et magis deinceps augeatur, appropriavimus et appropriare decrevimus per praesentes quinque talenta redituum annuorum sita in moneta ciuitatis nostre Berlin, ad altare S. Katharine Virginis ac Martyris situatum, locatum et fundatum in Ecclesia St. Petri Apostoli, ciuitatis nostre Colne, perpetuis temporibus pacifice sine impedimento quolibet percipienda, renunciantes renunciatione solemni omni iuri et actioni, quod vel que nobis, heredibus ac successoribus nostris competunt, seu competere potuerint aliqualiter in futurum; transferentesque ius patronatus, sive ius praesentandi St. altaris, ad discretos Viros Mercatores sive pannicidas earundem ciuitatum nostrarum Berlin et Cölne, sic, quod ipsi sue vacationis tempore, quotiescunque necessarium fuerit, personam idoneam et valentem ad praenominatum altare poterint praesentare. Debebit quoque Monetarius ibidem praesens, seu qui pro tempore fuerit, debitis solutionum temporibus et consuetis in promptis denariis sine diminutione qualibet satis facere pro pecunia prae expressa. In evidens testimonium sigillum no-

Digitized by Google

strum praesentibus duximus apponendum. Testes sunt nobiles Viri: *Johannes, Comes in Nurnberch, Ulricus, Comes in Lindow,* strenuusque *Thidericus,* curie nostre Magister, Dictus *Mantrer, Johann de Buch, Albertus de Wolffstein, Friedericus de Lochen, Hele* Mareschalkus, *Bartholdus de Ebenhausen,* Magister Coquorum, milites et *Hasso Senior de Wedel,* cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Spandow anno Domini MCCCXLV. in crastino beatorum Simonis et Jude.

Gedruckt in Reinbeck's brennendem Petrithurme S. 38 und Küster's Memor. Col. S. 242.

XXXIV.

18. August 1347.

Die Rathleute zu Berlin und Cöln verpflichten sich, dem jedesmaligen Probste in Bernau eine jährliche Abgabe zu entrichten, um an dem Todestage des zu Berlin erschlagenen Probstes Nicolaus für diesen Vigilien und Seelmessen zu halten.

Nouerint vniuersi tenorem presencium inspecturi, Quot cum Nos, consules opidorum Berlin et Colne Brandenborgensis dyocesis honorabili viro domino *Gerwino* preposito Bernowensi eiusdem Brand. dyocesis et ecclesie sue pro nobis et vniuersitatibus nostris iuxta suum arbitrium plene satisfecimus de morte et interfectione quondam domini *Nycolai* prepositi eiusdem ecclesie Bernowensis predecessoris sui, in dicto opido Berlin nuper cremati, et insuper ipse Nos et Vniversitates nostras nomine sui et ecclesie sue absoluit et quitauit ab omni impeticione sibi vel successoribus suis competente, occasione mortis supradicte, prout liquet in literis suis nobis super hoc traditis et confectis, sponte Nos obligauimus eidem preposito et suis successoribus in perpetuum, quod singulis annis ipso die Juliane virginis velimus vnum talentum Brand. sibi et successoribus suis presentare, Pro quo ipse aut quicumque pro tempore fuerit prepositus Bernowensis anniuersarium deposicionis diem dicti domini *Nicolai* commemorare tenebitur et peragere cum magistro et scolari-

Digitized by Google

bus in tanta sollempnitate vigiliarum et missarum, vt nullus sane mentis ambiget, quin illud talentum bene promeruerit atque digne, Interponentes sane ad si forsan aliquis huiusmodi aniuersarii commemoracio sustrahetur et vt premittitur non perageretur, ad elargicionem dicti talenti nollemus amplius obligari. In cuius testimonium sigilla dictorum opidorum presentibus sunt appensa. Datum Anno domini M° CCC^mo XLVII° Sabbato Infra octavas Assumpcionis Marie.

Rathhäusl. Arch. II. 18. Perg.; die Siegel sind nicht mehr an der Urkunde.

XXXV.

23. September 1348.

Woldemar (der falsche) gestattet den Bürgern zu Berlin und Cöln für gewisse Schuldforderungen die Erhebung von Abgaben auf dem Teltow u. s. w.

Wẙ *Woldemar* van der ghnade ghoddis tů Brand. tů Lusitz tů Landesberch Marcgreue vnd des heiligben Romischen Rykes ouerste kemerer, bekennen openlik in disme brẙue, Dat wẙ schuldich sin vnsen liuen ghetrůwen borgheren tů alden Berlyn vnd tů Cölne, van pantlosinghe dẙ si̊ vns ghelőset vnd ghequitet hebben, neghendehalf půnt und twe hundirt půnt vnd vj schillingh vnd neghendehalue mark vnd vi̊rtich Brand. Siluers. Vor desse Summen hebbe wẙ bewiset vnd bewisen en alle bede vnd bedekorn vp deme Teltowe vnd vp dem Barnẙm, vnd dar tů alle pleghe dẙ ůt der Stůbbenitz vnd ůt alle deme ghehőlte di̊ dar binnen si̊nt ghevallen mach, nů vnd tů Sente Nicolaus daghe, dẙ scholen sẙ vpboren vp ene rechte rekenschap; wes daran schelt dar schole wẙ vnd willen binnen der tẙt tő si̊ komen vnd nach rade vnser Ratgheuen vnd der Ratmanne darselues vs ghutliken berichten mit en, ane vortőch, also, dat wẙ en vůl dů̈n. Ok sẙ wẙ en schuldich hundirt půnt vnd vi̊rtich půnt vnd vi̊r schillinghe, ok van pantquitinghe, daruor hebbe wẙ en bewiset alle bede vnd bedekőrn in den dorpen tů Tempelhoue, tů Maryendorp vnd tů Marẙenvelde, vnd

alle pleghe dỹ dar ût ghevallen mach, nů vnd tů Sente Nycolaus daghe. Wes daran ghebrỹkt, dar vmme schole wy vnd willen tů sỹ komen binnen der tỹt, vnd haldent mit en alse vmme dat des an der irsten Summen ghebrikt, alse hir vor beschreuen stêt nach iren willen vnd nach der willen dỹ dat ghededinghet hebben. Tů ener openbaren bekentnisse disser dinghe, so hebbe wỹ vnse ingeseghel an dissen brif ghehengit laten, den wỹ en ghegeuen hebben Na ghoddis bord dritteynhundert iar in deme acht vnd virtichsten Jare Tů alden Berlỹn des andern daghes na Sente Mauricius daghe.

Rathhäusl. Archiv II. 19. Pergament; das Siegel ist abgefallen.

XXXVI.

6. April 1349.

Albrecht, Fürst zu Anhalt, verspricht den Städten in der Mark, gewisse von ihm ausgestellte Briefe auch von seinem Bruder, dem Grafen Woldemar von Anhalt, bestätigen zu lassen.

Wie *Albrecht* van goddes gnaden furste van Anhalt unde Greue tu Asschanien bekennen in disseme briue, Dat wie ghelouet hebben vnde louen entruwen den Steden vt der alden marke vnde vt der nỹgen vnde den Steden in der Prignitz vnde in der Ueker, Dat wie willen scheppen vnde vůgen anne vortoch, Dat die briue, die wie on ghegeuen hebben vorsegelt met vnsem inghesegel, vnse bruder Greue *Woldemar* van Anhalt schal ok dy seluen briue laten vorsegelen met sime inghesegele, tůschen hir vnde Sente Wolborgen dage die neyste tukomende is. Tu eyme orkunde dis ghelouedes hebben wi on dissen brif ghegheuen vor inghesegelt met vnseme inghesegele na goddes ghebort Dusen Jar Drỹhundert Jar in deme neghen vnde virtichten Jare an deme neỹsten mandage na palme, In die stat tu Spandowe.

Rathhäusl. Archiv II. 21. Perg.; das Siegel ist nicht mehr an der Urkunde.

Digitized by Google

XXXVII.

29. März 1350.

Kaiser Karl IV. notificirt mehreren märkischen Städten, daß er den vorgeblichen Markgrafen Woldemar nicht für den wahren anerkenne und zur weitern Untersuchung darüber einen Reichstag zu Nürnberg verordnet habe.

Karl von Gots gnaden Romischer kunig, ze allen zeiten merer des Reichs vnd kunig zo Beheim, Entbieten den Ratmannen vnd den Bürgern gemeinlich der Stete zu Beiden Brandenburg, Berlin, Colne, Premzlaw, Pozewalk, Angermunde, Templin, Perleberg, Priswalk, Kyritz, Hauelberg, Nouwen, Ratenow, Gorzigk, Strůzberg, Euerswald, Bernowe vnd zů Kopenick, vnsern lieben getrewen, vnsir genad vnd alles gůd. Alleine wir vormals Marggreuen *Woldemar*, der vns für einen Marggrafen zu Brandenburg fürgeben ist, dürch vntirweisung der, die sulche rede an vns bracht haben, belehent haben mit derselben Marken vnd ouch den aueuall derselben Marken des hochgebornin *Rudolf*, hertzogen zů Sachsen, vnsirs Oheim kindern, vnd den von Anhalt verliehen haben, ob an dem obgenanten *Woldemar* icht geschehe vnd darnach keinen andern für einen Marggrafen zů Brandenburg haben, nemen vnd halten wolten, wen nůr denselben *Woldemarn*; bis an die zeit, daz die vorgenanten, hertzogen *Rudolfs* von Sachsen, vnsirs Oheim kinder vnd die von Anhalt vmb dieselben Marke, die des heiligen Romischen Reichs eigen für manchen zeiten gewesen ist vnd noch ist, einer gantzen sůne rechtis vnd der minne vff den kůnig zu Sweden gegangen sint, zů vnserm vnd des heiligen Reichs schaden, daz davon geswecht würde in seinen rechten, ob daz so geschehe, daz der kunig zo Sweden vmb sulche zweyung, die billich vnd zů recht für vns vnd dem Reich entscheidet wirdet, recht vrteil oder minne geben oder vinden solte; Doch sint dem mal, das der hochgebornn *Ludowig* Marggrafe zů Brandenborg, des heiligen Romischen Reichs obirster kamerer, pfalantzgraf bi Rỳn vnd hertzoge in Beyern vnd in Kernten, vnser lieber oeheim vnd furste, vnd seine

brûder, die daz anget, für vns vnd dem Reich beweisen vnd beweren wellen, als sei zû rechte sullen, das wir mit sulcher vntirweisung die vns getan ist, daz ez Marggraue *Woldemar* sein solte gentzlich betrogen sein vnd daz ez der Marggraue *Woldemar*, Marggrauen *Chunrades* seligen Sûn, des man sich lange tot versehen hat, nicht sei, vnd haben des beide der vorgenante Marggraue *Ludowig* vnd seine brûder an vns gemûtet vnd begert, daz wir in gerûchten zû verlihen, waz wir in zû rechte verliehen solten, des wir ouch von fursten vnd von herren vnsern vnd des Reichs getrewen vntirweiset sein, daz wir daz billich vnd zû recht ze tûn pflichtig weren: Des haben wir dem obgenanten Marggrauen *Ludowigen* vnd seinen brûdern dieselben Marke geliehen, als wir dûrch vntirweisung der fürsten vnd der herren zu recht tûn solten, vnd haben in des beiden siten einen namhaftigen tag bescheiden gein Nurenberg, vnd wes vns doselbest noch ir beider rede vnd bewisung die fürsten vnd herren, vnsir vnd des Reichs getrewen, die billich darumb dirkennen vnd sprechen vmb alle sachen beweisen vnd bescheiden, dem wellen wir gentzlich volgen, vnd wer vns doselbest für einen Marggrafen von den selben fürsten vnd herren benennet, beweist vnd geben wirt, den wellen wir dabey lazzen vnd behalden, als wir vnsern vnd des Reichs fürsten billich vnd zû recht ze tûn pflichtig sein. Geben zu Prage des nehesten mantags nach dem heiligen ostirtage im vierden Jar vnsir Reiche.

Rathhäusl. Archiv II. 22. Perg. Das Siegel ist nicht mehr an der Urkunde.

XXXVIII.

3. Juni 1350.

Die Gildemeister der Kalandsbrüderschaft zu Berlin übertragen dem Priester Friedrich Buleke zu Berlin die Verwaltung eines Altars in der Marienkirche und der zu demselben gelegten Einkünfte.

Nos *Thydericus Brugghe*, *Nicolaus de Colne*, *Nicolaus Vulke*, *Hensel Salwrether*, *Nicolaus Bukow* et *Coppkynus Perwenitz*, magistri et rectores Gulde Exu-

Digitized by Google

lum in nouo foro Berlin, omnibus presens scriptum intuentibus volumus esse notum; Quod propter deum *Friderico* dicto *Buleke*, sacerdoti, cum consilio omnium fratrum nostrorum ciusdem Gulde Exulum contulimus et presentibus conferimus et conferri volumus cuilibet sacerdoti sibi successuro Altare in remedium et salutem communem animarum nostrorum fratrum atque sororum nostrarum suorumque progenitorum, situm in ecclesia beate virginis Marie in honore beate Barbare virginis, beati Mathei apostoli et beatorum martirum Cosmi et Damyani consecratum nec non legitimis redditibus per nos et auxilio multorum proborum hominum ante et post dotatum, scilicet cum quatuor mansis iacentibus ante postes Berlin et duobus frustis super duas curias iacentibus s[cilicet] *Joh. Vinken* et *Mychaelis* in uilla Wasmestorp situatas, cum uno choro anone in molendino Berlin prefato domino *Friderico* suis denariis comparato, et triginta solidos denariorum Brandenburgensium, ibidem iacentibus in moneta, certis temporibus annuatim, ut tenor literarum dominorum Marchionum continet, super hec confectus et nobis traditus, sine omni obstaculo pro vsu suo et misse officio collegendos. Testes huius sunt: discreti domini *Arnoldus Kerwitz*, *Joh. Gryfenberg*, *Joh. Kone*, *Joh. Blok*, *Joh. Soltwedel*, *Nycol. Vloeke*, *Nic. Kremer* aliisque pluribus fide dignis. Datum Anno domini M° CCC° L° quinta die infra octauam corporis Christi, sub Sigillo nostre fraternitatis exulum predictorum.

Marien-Kirchen-Archiv. Perg. Das Siegel iſt ziemlich erhalten.

XXXIX.

12. Februar 1352.

Markgraf Ludwig der Römer verſpricht, den Städten Berlin und Cöln den von ihnen gefangnen Grafen Woldemar von Anhalt wieder auszuliefern, wenn ſie dadurch zur Bezahlung ihrer Forderungen an die Fürſten von Anhalt gelangen können.

Noverint vniuersi tenorem presencium inspecturi, Quod nos *Ludowicus Romanus* dei gracia Brandenburgice et

Digitized by Google

Lusacie marchio, sacri Romani Imperii archicamerarius, Comes palatinus Reni et Bauarie dux prudentibus viris consulibus civitatum nostrarum Berlyn et Coln fidelibus nostris dilectis permisimus et permittimus per presentes vna cum nostris fidelibus infra scriptis nobili viro *Henrico* Comite *de Swartzburg* et *Friederico de Lochen*, si dicti consules infra quindecim dierum spacium repecierint a nobis *Woldemarum* filium *Woldemari* Comitis de Anhalt et cum eo et propter eum rehabere poterint in parata pecunia anteriora omnia et singula debita in quibus *Albertus* et *Woldemarus* comites in Anhalt eis et civibus nostris in Berlyn et Coln coniunctim uel divisim obligantur, quod tunc eis eum reddere volumus sine mora et dicti consules nobis nostras literas quas eis dedimus pro presentacione dicti comitis reddere antequam id faciemus utique tenebuntur. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Presentibus nobilibus viris *Henrico* et *Gunthero* eius filio comitibus in *Swartzburg*, *Johanne de Buch* domino in Garsedow, strenuisque viris, *Friderico de Lochen*, *Petro de Breydow* et *Marquardo Luterbek* nostro marschalco, militibus, cum ceteris presentibus fide dignis. Datum Berlyn anno domini Millesimo Tricentesimo Quiquagesimo secundo feria quarta ante dominicam Esto mihi.

Rathhäusl. Archiv II. 24. Pergament. Das Siegel ist nicht mehr vorhanden.

XL.

6. Juli 1352.

Markgraf Ludwig der Römer bestätiget die Schenkung des berlinschen Bürgers Petrus Moskow, zur Errichtung eines Altars in der Nicolaikirche.

Nouerint vniuersi tenorem presencium inspecturi: Quod nos *Ludowicus* Romanus dei gracia Marchio Brandenburgensis et Lusacie, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes palatinus Reni et Bauarie Dux, Ob honorem et reuerenciam omnipotentis dei glorioseque genitricis sue virginis Marie et omnium sanctorum, nec non olim illustrium principum Marchionum Brandenburgensium

Digitized by Google

predecessorum nostrorum, bone memorie, nostri heredum et successorum nostrorum animarum memoriam sempiternam, et eciam ad instantem requisicionem discreti viri *Tylonis de Brügge*, ciuitatis nostre Berlyn prefecti, monetarii et ciuis, fidelis nostri dilecti, dedimus, damus et sollempniter iusto proprietatis titulo presentibus donamus quatuor choros et sex modios siliginis et quatuor choros et sex modios brasei, annuorum reddituum, in molendinis predicte ciuitatis nostre Berlyn situatos, ad altare beatorum Petri et Pauli, Michaelis et Thome, de nouo locandum, fundandum et dedicandum in Ecclesia parochiali sancti Nycolai dicte ciuitatis Berlyn perpetuis temporibus pacifice et quiete, sine impedimento quocumlibet, pertinendum; Renunciantes sollempniter omni iuri, accioni et impeticioni, quod uel que nobis, heredibus et successoribus nostris in premissis choris, quoad dictam proprietatem competunt seu conpetere poterunt in futurum; dantes quoque discreto viro *Petro Moskow*, dicte ciuitatis nostre ciui, fideli nostro dilecto, qui predictos redditus et choros ac modios pio deuocionis affectu motus suis pecuniis conparauit, et ipsius heredibus Jus presentandi seu Jus patronatus dicti altaris, ita quod ad ipsum altare, dumprimum fundatum fuerit, et post hoc immediate cum vacauerit, quociens pro tempore necesse fuerit et facultas se obtulerit, personas ydoneas poterit et debebit presentare; Post decessum vero dicti Petri Moskow et suorum heredum predictorum, ad discretos viros Consules ciuitatis nostre Berlyn Jus patronatus dicti altaris deuolui debebit et in ius predicti Juris patronatus succedere libere et ad eos perpetue pertinere. In cuius rei testimonium presentibus sigillum nostrum est appensum. Presentibus nobilibus viris *Gunthero Juniore Comite in Swartzburgh*, *Ottone Went*, domino in Ileburg, Strennuisque viris *Hermanno de Redern*, *Petro de Breydow*, *Hentzelino de Waldow*, nostro marschalco, *Zcaslao de Schonenfelt*, militibus, cum ceteris pluribus fidedignis. Datum Spandow Anno domini millesimo tricentesimo quinquagesimo secundo feria secunda proxima ante diem beate Margarete virginis.

Nicolai-Kirchen-Archiv. Perg.; das Siegel ist abgefallen.

Digitized by Google

Dieſelbe Urkunde deutſch.

